**F**Vit in diebus Herodis regis Iudeæ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autē iusti ambo ante Deū, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, & nō erat illis filius: ed quōd esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factū est autē cūm sacerdotio fungeretur Zacharias, in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, forte exiit vt incensum poneret ingressus in templū Domini, & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensī. Apparuit autem illi angelus Domini, stās à dextris altaris incensī. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Elizabeth pariet tibi filiū, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate

**C 2**      **tate**

tate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino: & vinum & ficeram non biberet, & Spiritus sancto replebitur adhuc ex utero matris suae: & multos filiorum Israel conuertet ad dominum Deum ipsorum. & ipse precedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? ego enim sum senex: & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui sto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant: pro eo quod non credidisti verbis meis quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: & permansit mutus. Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabeth voxor eius, & occultabat se mensibus quinque dicēs: Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre

EVANGELICA. 5  
ferre opprobrium meum inter homines

¶ *Nunciatur Maria Christi incarnatio.*

*Luce 1. CAP. III.*

**I**N mense autem sexto, missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilæe, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David: & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatione. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, iuenuisti enim gratiam apud Deum. ecce concipies in utero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit illi dominus Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascitur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mens est sextus illi qui vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne

C 3 verbum.

## 6 CONCORDIA

verbū. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundū verbum tuum. Et discessit ab illa angelus.

¶ *Visitat̃ a Maria Elizabeth.*  
Luce 1. CAP. IIII.

**E**Xurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth. Et factum est: vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in utero eius, & repleta est spiritu sancto Elizabeth: & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. & beata quę credidisti: quoniam perficietur ea quę dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancillæ suę, ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes, Quia fecit mihi magna qui potēs est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit super

## EVANGELICA. 7

perbos mente cordis sui. Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes inpleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abrahamā & semini eius in secula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuerfa est in domum suam.

¶ *Nascitur Ioannes, & Zacharias recepta loquela benedicit Deum.*  
Luce 1. CAP. V.

**E**Lizabeth autē impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est: in die octauo uenerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomen. Innuebant autem patri eius quę vellet vocari eum. Et postulans pugilarem, scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super om-



nes vicinos eorū: & super omnia mon-  
tana Iudææ diuulgabantur omnia  
verba hæc, & posuerūt omnes qui au-  
dierant in corde suo, dicentes: Quis pu-  
tas puer iste erit? Etenim manus Do-  
mini erat cum illo. Et Zacharius pa-  
ter eius repletus est Spiritu sancto, &  
prophetauit, dicens: Benedictus domi-  
nus Deus Israël, quia visitauit & fecit  
redemptionē plebi suæ. Et erexit cor-  
nu salutis nobis, in domo Dauid pue-  
ri sui, Sicut locutus est per os sanctorū  
qui à seculo sunt prophetarum eius,  
Salutem ex inimicis nostris, & de ma-  
nu omnium qui oderunt nos, Ad faci-  
endam misericordiam cum patribus  
nostris: & memorari testamenti sui  
sancti, Iurandū quod iurauit ad A-  
braham patrem nostrum daturum se  
nobis, Vt sine timore, de manu inimi-  
corum nostrorum liberati, seruiamus  
illi. In sanctitate & iustitia coram ip-  
so omnibus diebus nostris. Et tu puer  
propheta altissimi vocaberis: præibis  
enim ante faciem Domini parare vias  
eius, Ad dandam scientiam salutis ple-  
bi eius, in remissionem peccatorū eorū  
Per viscera misericordiæ Dei nostri,  
in quibus visitauit nos oriens ex alto.  
Illuminare his qui in tenebris & in  
vmbra mortis sedent, ad dirigendos  
pedes nostros in viam pacis. Puer autē  
cresce-

crescebat, & confortabatur spiritu, &  
erat in desertis vsque in diem ostensio-  
nis suæ ad Israël.

¶ *Textitur à Matthæo genealogia Christi:*

*Math. 1.*

*CAP. VI.*

**L**iber generationis Iesu Christi fi-  
lij Dauid filij Abraham. Abraham  
genuit Isaac. Isaac autē genuit Iacob.  
Iacob autē genuit Iudā & fratres eius.  
Iudas autem genuit Phares & Zaram  
de Thamar. Phares autem genuit Es-  
rom. Esrom autem genuit Aram. Arā  
autem genuit Aminadab. Aminadab  
autem genuit Naasson. Naasson autē  
genuit Salmon. Salmon autem genuit  
Booz de Rachab. Booz autem genuit  
Obed ex Ruth. Obed autem genuit  
Iessæ. Iessæ autem genuit Dauid regē.  
Dauid autem rex genuit Salomonem  
ex ea quæ fuit Uriæ. Salomon autem  
genuit Roboam. Roboam autem ge-  
nuit Abiam. Abia autem genuit Asā.  
Asā autem genuit Iosaphat. Iosaphat  
autem genuit Ioram. Ioram autē ge-  
nuit Oziam. Ozias autem genuit Ioa-  
tham. Iotham autem genuit Achaz.  
Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechi-  
as autem genuit Manassim. Manas-  
ses autem genuit Amon. Amon au-  
tem genuit Iosiam. Iosias autem ge-  
nuit Iechoniam & fratres eius in

transmigratione Babylonis . Et post transmigrationē Babylonis, Iechonias genuit Salathiel . Salathiel autem genuit Zorobabel . Zorobabel autē genuit Abiud . Abiud autem genuit Eliacin . Eliacin autem genuit Azor . Azor autem genuit Sadoc . Sadoc autem genuit Achim . Achim autem genuit Eliud . Eliud autem genuit Eleazar . Eleazar autem genuit Mathan . Mathan autem genuit Iacob . Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus . Omnes itaque generationes ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim . Et à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim . Et à transmigratione Babylonis vsque ad Christum , generationes quatuordecim .

¶ *Angelus Ioseph nunciat sacrum Virgini conceptum. Matthæi 1. CAP. VII.*

**C**hristi autem generatio sic erat: Cùm esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph, antequam conuenerent inuēta est in utero habens de Spiritu sancto . Ioseph autē vir eius cùm esset iustus , & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam . Hac autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph

Ioseph fili Dauid , noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est . Pariet autem filium & vocabis nomē eius Iesum: ipse enim saluū faciet populum suum à peccatis eorum . Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem: Ecce Virgo in utero habebit & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum , Nobiscum Deus . Exurgens autem Ioseph à somno fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit coniugem suam . Et nō cognoscebat eā donec peperit filiū suum primogenitum: & vocauit nomē eius Iesum .

¶ *Natus in Bethleem Christus pastoribus nunciatur, & circumciditur.*

*Lucæ 2. CAP. VIII.*

**F**actum est autem , in diebus illis exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis . Hac descriptio prima: facta est à præside Syriæ Cyrino . Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem . Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam , in ciuitatē Dauid quæ vocatur Bethleē: sed quod esset de domo & familia Da-

uid, vt profiteretur cū Maria desponsata sibi vxore pręgnante. Factum est autem cū essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in pręsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere, ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in pręsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militię cęlestis, laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cęlum, pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit Dominus & ostendit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph & infantem positum in pręsepio. Videntes autem

tem

tem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt, & de his quę dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, confersens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quę audierant & viderant, sicut dictum est ad illos. Et postquam consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero conciperetur.

¶ *Magi stella duce inuentum Christum adorant. Matthæi 2.*

CAPVT IX.

CUM ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudeorum? vidimus enim stellam eius in Oriente & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est per

C 7

est per

est per prophetam: Et tu Bethleē terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, & mittens eos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierit: & ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsquedū veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autē stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & proci dentes adorauerunt eū: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. Et respoſo accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi sunt in regionem suam.

¶ *Oblatus in templo Christus, à Simeone & Anna agnoscitur. Luc. 2.*

CAPVT X.

**Q**<sup>a</sup> Vi cum recessissent, & postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legē Moyſi, tulerunt illum in Hierusalem, vt ſisterent eum Domino, ſicut ſcriptū est in lege

in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur, & vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturū aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Et respoſum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templū. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod paraſti ante faciem omnium populorum, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Et erat pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. [ Et tuā ipsius animam pertransibit gladius ] vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat

Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsq; ad annos octoginta quatuor: quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israël

¶ *Angeli monitu fugit cum puero in Aegyptum & redi Ioseph.*

Matth. 2. CAP. XI.

**E**CUM vt perfecerunt omnia secundum legem Domini. ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsquedum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte: & secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illud esset à Magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleë & in omnibus

nibus finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquiserat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari quia non sunt. Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israël, defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israël. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illud ire: & admonitus in somnis secessit in partes Galilææ: & veniens habitauit in ciuitate que vocatur Nazareth, vt adimpleretur & dictum est per prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur.

¶ *Questus à parentibus Iesus inuenitur in templo.* Luca 2.

CAPVT XII.

**R**Euerſi sunt [ergo] in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in

in Hierusalem, in die solenni Paschæ. Et cùm factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinẽ diei festi, consummarisq; diebus cùm redirent, remansit puer Iesus in Hierusalẽ, & non cognouerũt parẽtes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebãt eũ inter cognatos & notos. Et non inuenientes eum, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in tẽplo, sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebatim te? Et ait ad illos: Quid est quoddam me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud Deum & homines.

*Præ-*

*Prædicat & baptizat Iohannes.*

*Matth. 3. Mar. 1. Luc. 3.*

*CAP. XIII.*

**I**nitium Euangelij Iesu Christi filij Dei:<sup>a</sup> In diebus autẽ illis, <sup>c</sup> anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilenæ Tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: <sup>b</sup> sicut scriptum est in Isaiã propheta: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius: <sup>c</sup> factum est verbum Domini super Iohannem Zacharię filium in deserto. Et <sup>e</sup> venit <sup>a</sup> Iohannes Baptista <sup>c</sup> in omnem regionem Iordanis [*&*] <sup>b</sup> fuit Iohannes baptizans <sup>1</sup> & prædicans <sup>e</sup> in deserto <sup>a</sup> Iudææ <sup>h</sup> baptismũ poenitentiaẽ in remissionem peccatorum, <sup>a</sup> & dicens: Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Hic est enim de quo dictum est per Isaiã prophetam dicentem, <sup>c</sup> sicut scriptũ est in libro sermonum Isaiã propheta: <sup>f</sup> Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. <sup>c</sup> Omnis

† b. *Et erat* nis vallis implebitur, & omnis mons  
*Ioēs vesti-* & collis humiliabitur, & erunt praua  
*tus pilis ca-* in directa, & aspera in vias planas, &  
*meli et zo-* videbit omnis caro salutari Dei. † e Ipse  
*na pellicea* se autem Iohannes habebat vestimen-  
*circa lum-* tum de pilis camelorum, & zonam  
*bos eius, et* pelliceam circa lumbos suos: esca autē  
*locustis, et* eius erat locustæ, & mel syluestre. Tūc  
*mel sylue-* exhibat ad eum Hierosolyma, & om-  
*stre e lebat.* nis Iudæa, <sup>a</sup> & omnis regio circa Ior-  
*Et egredie-* danem: <sup>e</sup> & baptizabantur ab eo in †  
*batur ad e-* Iordane<sup>e</sup> confitentes peccata sua. <sup>a</sup> Vi-  
*um omnis* dens autem multos Phariseorum &  
*Iudæe re-* Sadduceorum venientes ad baptismū  
*gio, et Hie-* suum, || <sup>f</sup> dixit<sup>a</sup> eis, [ & ] <sup>c</sup> ad turbas  
*rosolymitæ* que exhibant vt baptizarentur ab ip-  
*rumisi.* so: ▷ <sup>f</sup> Progenies viperarum, quis || o-  
 † b. *Iorda-* stendit<sup>u</sup> vobis fugere à ventura ira: fa-  
*nis sumine* cire ergo ▷ fructus dignos<sup>u</sup> pœnitent-  
 || <sup>c</sup>. *dicebat* tiæ, & ne † cœperitis<sup>u</sup> dicere<sup>a</sup> intra  
 ergo vos<sup>f</sup> patrem habemus Abraham. Di-  
 ▷ <sup>c</sup>. *o Geni* co enim vobis, quia potens est Deus  
 mina de lapidibus istis suscitare filios Abra-  
 || <sup>a</sup>. *o demon* hæ, iam enim securis ad radicem arborum  
 stravit posita est. Omnis ergo arbor ▷  
 ▷ <sup>a</sup>. *o fru-* non faciens<sup>u</sup> fructum bonum, excidi-  
 tum di- tur & in ignem mittitur. <sup>c</sup> Et interro-  
 gnum gabant eum turbæ dicentes: Quid ergo  
 † a. *velitis* faciemus? Respondens autem dice-  
 ▷ <sup>a</sup>. *o. que* bat illis: Qui habet duas tunicas, det  
 non facit non habenti: & qui habet escas, simili-  
 ter faciat. Venerunt autē & publicani  
 vt bap-

vt baptizarentur, & dixerunt ad illum:  
 Magister, quid faciemus? At ille dixit  
 ad eos: Nil amplius quàm quod con-  
 stitutum est vobis, faciat. Interroga-  
 bant autem eum & milites dicentes:  
 Quid faciem<sup>u</sup> & nos? Et ait illis: Ne-  
 minem concutiat, neque calumniam  
 faciat: & contenti estote stipèdijs ve-  
 stris. Existimante autem populo, &  
 cogitantibus omnibus in cordibus suis  
 de Iohanne, ne fortè ipse esset Chris-  
 tus, respondit Iohannes <sup>b</sup> & prædica-  
 bat <sup>h</sup> dicēs <sup>c</sup> omnibus: <sup>1</sup> Ego quidem  
<sup>b</sup> baptizavi [ & ] <sup>f</sup> baptizo<sup>1</sup> vos<sup>a</sup> in  
<sup>1</sup> aqua<sup>a</sup> in pœnitentiam: † Qui autem  
 post me venturus est, fortior me est,<sup>1</sup>  
 cuius non sum dignus<sup>b</sup> procumbens  
<sup>h</sup> soluere corrigiam calceamentorum  
 eius [ aut ] <sup>a</sup> calceamenta portare, ▷  
 Ipse<sup>u</sup> vos baptizabit<sup>f</sup> in <sup>1</sup> Spiritu san-  
 cto <sup>f</sup> & igni, cuius ventilabrum in ma-  
 nu || sua<sup>u</sup>, & ▷ permundabit<sup>u</sup> aream su-  
 am: & congregabit triticum in horre-  
 um suum, paleas autem comburet igni  
 inextinguibili. <sup>c</sup> Multa quidem & alia  
 exhortans euangelizabat populo.

¶ *Baptizatur à Iohanne Christus, eiusque à*  
*Luca genealogia in Deum reducitur. Mat. 3.*  
*Marci 1. Luca 3. CAP. XIII.*

**E**T factum est<sup>a</sup> tunc<sup>b</sup> in diebus il-  
 lis<sup>c</sup> venit Iesus à † Nazareth  
 Galilææ<sup>a</sup>

† b *venit*  
*autem for-*  
*tior me*  
 b. *post me*  
 ▷ b. *Ille ve-*  
 ro  
 || c. *o eius*  
 ▷ c. *o pur-*  
 gabit

†<sup>a</sup>. Galilæa

Galilæa<sup>a</sup> in Iordanem ad Iohannem  
 ut baptizaretur ab illo. Iohannes au-  
 tem prohibebat eum dicens: Ego à te  
 debeo baptizari, & tu venis ad me! Re-  
 spondens autem Iesus dixit ei: Sine  
 modo, sic enim decet nos implere om-  
 nem iustitiam. Tunc dimisit eum,<sup>b</sup> &  
 baptizatus est à Iohanne in Iordane.<sup>a</sup>

†<sup>c</sup>. apertū  
est cælum.

Baptizatus autem Iesus confestim as-  
 cendit de aqua<sup>f</sup>, & ecce<sup>c</sup> factum est  
 cum baptizaretur omnis populus, &  
 Iesu baptizato & orate.†<sup>f</sup> aperti sunt  
 ei cœli,<sup>c</sup> & descendit Spiritus sanctus  
 corporali specie sicut columba in ip-  
 sum. <sup>e</sup> Et <sup>b</sup> statim ascendens de aqua  
<sup>e</sup> vidit <sup>b</sup> cœlos apertos, & <sup>e</sup> Spiritum

†<sup>a</sup>. Dei si-  
cur.

† sanctum tanquam columbā descen-  
 dentem, <sup>a</sup> & venientem super ipsum,  
<sup>b</sup> & manentē in ipso. <sup>l</sup> Et ecce<sup>l</sup> vox  
 facta est de cœlis<sup>a</sup> dicens: || Tu  
 es filius meus dilectus † in te<sup>l</sup> cōpla-  
 cui<sup>f</sup> mihi. <sup>c</sup> Et ipse Iesus erat incipi-  
 ens quasi annorum triginta ut puta-  
 batur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui

▷<sup>c</sup>. de cælo  
||<sup>a</sup>. Hic est.  
†<sup>a</sup>. in quo

fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit  
 Melchi, qui fuit Iannæ, qui fuit Ioseph,  
 qui fuit Matthatiæ, qui fuit Amos,  
 qui fuit Naum, qui fuit Helli, qui fuit  
 Naggæ, qui fuit Maath, qui fuit Mat-  
 thatiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph,  
 qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna,  
 qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui

fuit

fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit  
 Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan,  
 qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui  
 fuit Iesu, qui fuit Heliezer, qui fuit Io-  
 rim, qui fuit Mattha, qui fuit Leui, qui  
 fuit Symeon, qui fuit Iuda, qui fuit Io-  
 seph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim  
 qui fuit Melcha, qui fuit Menam, qui  
 fuit Matthata, qui fuit Nathā, qui fuit  
 Dauid, qui fuit Iessā, qui fuit Obed,  
 qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fu-  
 it Naasson, qui fuit Aminadab, qui fu-  
 it Aram, qui fuit Elsom, qui fuit Pha-  
 res, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui  
 fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit  
 Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sa-  
 rurch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec,  
 qui fuit Heber, qui fuit Sali, qui fuit  
 Cainā, qui fuit Arfaxat, qui fuit Sem.  
 qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fu-  
 it Mathusale, qui fuit Enoch, qui fuit  
 Iareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Cai-  
 nan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui  
 fuit Adam, qui fuit Dei.

¶ Ieiunat &amp; tentatur in deserto Christus.

Matthæi 4. Marci 1. Lucæ 4.

CAPVT XV.

I<sup>c</sup>esus autem plenus Spiritu sancto  
 regressus est à Iordane, & tunc  
 Iesus<sup>f</sup> duct<sup>9</sup> est à spiritu<sup>b</sup> & statim  
 spiritus expulit eum<sup>l</sup> in desertū<sup>a</sup> ut  
 tentaretur<sup>tu</sup>.

tentaretur



tentaretur à diabolo. <sup>b</sup> Et erat in deserto <sup>h</sup> quadraginta diebus <sup>b</sup> & quadraginta noctibus, <sup>h</sup> & tētābatur à <sup>▷</sup> fatana, <sup>b</sup> eratq; cū bestijs, & nihil manducauit in diebus illis. <sup>f</sup> Et <sup>c</sup> cōsumma-  
tis illis, <sup>a</sup> cū ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus postea

|| <sup>c</sup> dixit autem illi <sup>dia</sup> bolus <sup>f</sup> dixit illi: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. <sup>▷</sup> Et respondit <sup>†</sup> <sup>c</sup> lapidi huic ut panis fiat <sup>†</sup> <sup>a</sup>. Qui respondēs dixit

† <sup>c</sup> <sup>o</sup> pinnā <sup>▷</sup> <sup>c</sup> dixit <sup>||</sup> <sup>c</sup> <sup>o</sup> quod <sup>†</sup> <sup>c</sup> <sup>o</sup> mandauit <sup>†</sup> <sup>c</sup> dictum est

▷ <sup>c</sup> <sup>o</sup> orbis terre <sup>†</sup> <sup>c</sup> ait ei <sup>||</sup> <sup>a</sup> haec omnia <sup>cui</sup>

cui volo do illa. Tu ergo <sup>c</sup> procidens <sup>f</sup> si <sup>a</sup> cadens <sup>f</sup> adoraueris <sup>c</sup> coram <sup>f</sup> me <sup>c</sup> erunt tua omnia. Et <sup>a</sup> tunc <sup>c</sup> respondens <sup>†</sup> <sup>f</sup> Iesus dixit illi: <sup>a</sup> Vade retrō <sup>†</sup> <sup>a</sup> dicit ei Iesus <sup>f</sup> scriptum est <sup>a</sup> enim: <sup>f</sup> Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. <sup>c</sup> Et <sup>a</sup> tunc <sup>c</sup> consummata omni tentatione <sup>▷</sup> <sup>f</sup> diabolus recessit ab illo <sup>c</sup> vsque ad tempus. <sup>e</sup> Et <sup>a</sup> ecce <sup>c</sup> angeli <sup>a</sup> accesserūt, & <sup>e</sup> ministrabāt ei. <sup>▷</sup> <sup>a</sup> <sup>c</sup> relinquit eum diabolus

¶ Iohannes testificatur de Christo. Ioh. 1.  
CAPVT XVI.

Iohannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christū facta est. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimonium Iohannis, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eum ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt

runt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de te ipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta. Et qui misi fuerant, erant ex Phariseis. Et interroga uerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? Respondit eis Iohannes dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem uestrum stetit, quē vos nescitis. Ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est: cuius nō sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. Hęc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, vbi erat Iohannes baptizans. Altera die vidit Iohannes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agn<sup>9</sup> Dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Hic est de quo dixi: Post me uenit vir qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum: sed vt manifestetur in Israël, propterea ueni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Iohannes, dicens: Quia uidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eū. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et

ego uidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

¶ *Demonstratum a Iohāne Christum quin que discipuli agnoscere & sequi incipiunt.*  
Iohan. 1. CAP. XVII.

**A**ltera die iterū stabat Iohannes & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulātem dicit: Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & uidēs eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis? Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum, magister) vbi habitas? Dicit eis: Venite & uidete. Veniunt & uiderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant à Iohanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primū fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus dixit: Tu es Simon, filius Iona: tu uocaberis Cephas, quod interpretatur, Petrus. In crastinū uoluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus: Sequere me. Erat autē Philippus à Bethsaida, ciuitate Andrea & Petri.

Inuenit Philippus Nathanâel, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege & prophetæ: inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanâel: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & vide. Vidit Iesus Nathanâel venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israëlita in quo dolus non est. Dicit ei Nathanâel: Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit ei: Prius quàm te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanâel & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israël. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei: Amen amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

¶ Mutatur aqua in vinum in nuptiis.

Iohannis 2. CAP. XVIIII.

**E**T die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias: Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. E-

rant

rant autem ibi lapideæ hydræ sex positæ secundum purificationem Iudeorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydras aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

¶ In paschate eicit Dominus vendentes & ementes in templo, mortem & resurrectionem suam Iudæis insinuans.

Iohan. 2. CAP. XIX.

**P**ost hæc descendit Capharnâum ipse & mater eius & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat pascha Iudeorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo vendentes oues & boues, & columbas, & numularios sedentes. Et cum fecisset quasi

flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit aë, & mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Recordati sunt verò discipuli eius quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. Cùm autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semet ipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

¶ *Nicodemus docetur mysteria fidei.*

*Ioban. 3.*

*CAP. XX.*

*Erat*

**E**Rat autè homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorū. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cū eo. Respondit Iesus & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cū sit senex? nunquid potest in ventrem matris suæ intrare & renasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, & caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuò. Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut quòd vadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israël & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis: quomodo si dixerò vobis cœlestia, credetis? Et nemo ascendit in cœlum,

lum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filiū hoīs, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitā æternā. Sic enim Deus dilexit mundū, ut filium suum vnigenitū daret: ut oīs qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternā. Non enim misit Deus filiū suum in mundū ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eū, non iudicatur: qui autem nō credit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autem iudicium: quia lux vēnit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quā lucem. erant enim eorum mālā opera. Omnis enim qui male agit, odit lucē: & non venit ad lucem, ut non arguatur opera eius. qui autem facit veritatem, venit ad lucem ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

¶ *Baptizat per discipulos Christus in Iudæa. Iohannis 3. CAP. XXI.*

**P**ost hæc vēnit Iesus & discipuli eius in Iudæam terrā, & illic morabatur cum eis & baptizabat. Erat autem & Iohannes baptizans in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & baptizabantur.

tur. Nondum enim missus fuerat Iohannes in carcerem. Facta est autem quaestio ex discipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Iohannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Respondit Iohannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cœlo. Ipī vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meū impletū est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui de sursum venit super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cœlo venit, super omnes est. Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimoniū eius nemo accipit. Qui autē accepit eius testimoniū, signavit quæ Deus verax est. Quē enim misit Deus, verba Dei loquitur, nō enim ad mēsuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & oīa dedit in manu eius. Qui credit in filiū, habet vitā æternā: qui autē incredulus est filio, nō videbit vitā, sed ira Dei manet super eū.

¶ *Iohannes ab Herode ob reprehensum adulterium recluditur in carcerem.*

*Matthæi 14. Mar. 6. Luc. 3.*

## CAPVT XXII.

**H**<sup>c</sup>erodes autē tetrarcha cūm corripere ab illo de Herodiade vxore fratris sui. & de omnibus malis quæ fecit Herodes: adiecit & hoc super omnia. † Ipse enim Herodes<sup>b</sup> misit ac<sup>e</sup> tenuit Iohannem, & † alligauit eum, f & † inclusit<sup>c</sup> Iohannē in carcerem<sup>e</sup> propter Herodiadē vxorē<sup>b</sup> Philippi<sup>e</sup> fratris sui, b quia duxerat eam. <sup>e</sup> Dicebat enim Iohannes † Herodi: Non licet tibi habere † vxorem fratris tui. <sup>b</sup> Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eū, nec poterat. Herodes autem metuebat Iohannem, sciens eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. <sup>a</sup> Et volens eum occidere timuit populum, quia sicut prophetam eum habebant.

¶ *Iohanne tradito Christus rediens in Galilæam per Samariam, mulieri Samaritanæ innotescit Mat. 4.*

*Marc. 1. Luc. 4. Iohā. 4.*

## CAPVT XXIII.

Post

**P**<sup>b</sup>ostquam autem traditus est Iohannes<sup>a</sup> cū<sup>\*</sup> audisset Iesus quodd Iohannes traditus esset [ & ]<sup>d</sup> vt<sup>\*</sup> cognouit Iesus quia audierunt Pharisei, quodd Iesus plures discipulos facit & baptizat quam Iohannes (quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudæam, & †<sup>m</sup> abiit<sup>d</sup> iterum<sup>c</sup> & †<sup>r</sup>egressus est Iesus<sup>r</sup> in virtute spiritus<sup>i</sup> in Galilæam. <sup>d</sup> Oportebat autem eum transire per mediam Samariam. Venit ergo in ciuitatē Samariæ: que dicitur Sichar iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit autem mulier de Samaria haurire aquā. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatē vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: quomodo tu Iudæus cūm sis, bibere à me possis, quæ sum mulier Samaritana? nō enim contuntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsità petisses ab eo, & dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier: Dñe, neq; in quo haurias habes, & pute<sup>o</sup> alt<sup>o</sup> est, vnde ergo habes aquā viuā? Nūqd tu maior es patre nostro Iacob qui

\* a . autem

\* d . ergo

† a . secessit

† b . venit

Iesus

† a . Herodes enim

† b . vixit || a . posuit

† a . illi † a . eam

qui dedit nobis puteū, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respon- dit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, nō sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier: Domine da mihi aquam hanc vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virū. Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir, hoc verē dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia venit hora quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier:

Scio

Scio quia Messias venit qui dicitur Christus. cū ergo venerit, ille annuntiabit nobis omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius, & mirabantur quōd cū muliere loquebatur, nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite & videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci, nunquid ipse est Christus? Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Ille autem dixit eis: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Nōne vos dicitis quōd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, Leuate oculos vestros, & videte regiones quia albae sunt iā ad messē. Et qui metit, mercedem accipit: & congregat fructum in vitam æternam, vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim verbum verum est, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis, alij laborauerunt, & vos in

D 7 labores

labores eorum introistis . Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis , Quia dixit mihi omnia quæcunque feci . Cū venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret . Et mansit ibi duos dies . Et multo plures crediderunt in eum propter sermonē eius . Et mulieri dicebāt : Quia iam nō propter tuā loquelā credimus . Ipsi enim audiuius & scimus, quia hic est verē saluator mundi . Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam . Ipse enim Iesus testimoniū perhibuit , quia propheta in sua patria honorē nō habet . Cū ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi , cū omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo . & ipsi enim venerant ad diem festum .

¶ *Sanatur à febris filius Reguli . Ioh. 4.*  
CAPVT XXIII.

**V**ENIT ergo iterum in Cana Galilææ vbi fecit aquam vinum . Et erat quidam Regulus cuius filius infirmabatur Capharnāum . Hic cūm audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum vt descenderet & sanaret filium eius, incipiebat enim mori . Dixit ergo

Iesus

Iesus ad eum : Nisi signa & prodigia videritis, non creditis . Dicit ad eum Regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus . Dicit ei Iesus: Vade filius tuus viuit . Credidit homo sermōni quem dixit ei Iesus , & ibat . Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt ei dicentes, quia filius eius viueret . Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius haberat . Et dixerunt ei : Quia heri hora septima reliquit eum febris . Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: filius tuus viuit, & credidit ipse & domus eius tota . Hoc iterum secundum signum fecit Iesus , cū venisset à Iudæa in Galilæam .

¶ *Predicat in Galilæa Christus , & fama eius vbique spargitur . Matthæi 4.*

Marci 1. Luca 4.

CAPVT XXV.

**E**AT relicta ciuitate Nazareth venit & habitauit in ciuitate Capharnāum maritima in finibus Zabulō & Nephtali, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam: Terra Zabulon & terra Nephtali, via maris trans Iordanem, Galilææ gentium: populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam : & sedentibus in regione vmbrae mortis , lux orta est eis.



† b. predi- eis. Exinde cœpit Iesus † e. prædicare  
 cans b. euangelium regni Dei, e. & d. dicere:  
 † b. dicens b. Quoniam impletū est tempus & || e  
 || a. pœniten- appropinquauit regnum Dei: pœniten-  
 tiam agite, minī b. & credite euangelio. c. Et fama  
 appropin- exijt per vniuersam regionem de illo.  
 quauit e. f. Et a. circuibat c. ipse a. Iesus totā Ga-  
 nim reg- lilaam, † f. docens, in synagogis eorum  
 num celo- a. & prædicans euangelium regni, &  
 rum sanans omnem languorem & omnem  
 † c. docebat infirmitatem in populo, c. & magnifi-  
 cabatur ab omnibus. a. Et abiit opi-  
 nio eius in totam Syriam: & obrule-  
 ruut ei omnes malè habētes, varijs lan-  
 guoribus & tormentis comprehensos,  
 & qui dæmonia habebant, & lunati-  
 cos, & paralyticos, & curauit eos: & se-  
 cutæ sunt eum turbæ multæ de Gali-  
 læa & Decapoli, & Hierosolymis, &  
 de Iudæa, & trans Iordanem.

¶ Vocati è naui quatuor discipuli sequuntur  
 Christum. Matt. 4. Mar. 1. Luca 5.  
 CAPVT XXVI.

† b. o. Et A. † e. Mbulans autē a. Iesus † e. iux-  
 ta mare Galilææ vidit a. duos fra-  
 præteriens tres e. Simonem a. qui vocatur Petrus  
 † b. o. secus e. & Andream fratrem eius, mittentes  
 || b. retia || rete in mare (erant enim piscatores)  
 || b. dixit & || ait illis b. Iesus: e. Venite post me,  
 † b. o. Et & faciam vos fieri piscatores homi-  
 num. † At illi continuō relicti retibus

bus secuti sunt eum. Et † o. procedens  
 inde b. pussillū e. vidit a. alios duos fra-  
 tres e. Iacobum Zebedæi & Iohannē  
 fratrem eius, b. & ipsos e. in nauī a. cum  
 Zebedæo patre eorum || e. reficientes, † b. o. cōpo-  
 retia a. sua, e. & b. statim e. vocauit eos. nentes  
 a. Illi autē statim relicti retibus e. &  
 b. relicto e. patre b. suo Zebedæo in na-  
 ui cum mercenarijs e. secuti sunt eum.  
 c. Factum est † [enim] cū turbæ ir-  
 ruerent in eum vt audirent verbum  
 Dei, & ipse stabat secus stagnum Ge-  
 nezareth. Et vidit duas naues stantes  
 secus stagnum: piscatores autem des-  
 cenderant & lauabant retia. Ascendēs  
 autem in vnam nauim quæ erat Simo-  
 nis, rogauit eum a. terra reducere pussil-  
 lum. Et sedēs docebat de nauicula tur-  
 bas. Vt cessauit autem loqui dixit ad  
 Simonem: Duc in altum, & laxate re-  
 tia vestra in capturam. Et respondens  
 Simon dixit illi: Præceptor, per totam  
 noctem laborantes nihil cepimus, in  
 verbo autem tuo laxabo rete. Et cum  
 hoc fecissent, concluderunt pisciū mul-  
 titudinem copiosam, rumpebatur au-  
 tem rete eorum. Et annuerunt socijs  
 qui erant in alia nauī, vt venirent &  
 adiuuarent eos. Et venerunt & imple-  
 uerunt ambas nauiculas, ita vt penē  
 mergerentur. Quod cū videret Simo-  
 n Petrus, procidit ad genua Iesu  
 dicens:

† b. o. pro-  
 gressus  
 † b. o. cōpo-  
 nentes  
 † autem

dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circūderat eum, & eos qui cum ipso erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebedæi qui erāt focij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum.

¶ *Sanatur in synagoga demoniacus.*

Marci 1. Lucæ 4.

CAPVT XXVII.

† c. descēdit  
in  
▷ b. &  
|| c. o. in

† b. in spiri  
tu immūdo  
† b. o. quod  
▷ b. o. com  
minatus est  
ei  
|| c. ab eo

**E**<sup>h</sup> T † ingrediuntur Capharnāum  
† c. ciuitatem Galileæ, ▷<sup>h</sup> ibique<sup>b</sup>  
statim<sup>h</sup> sabbathis<sup>b</sup> ingressus in syna-  
gogā<sup>h</sup> docebat eos. Et stupebant || su-  
per doctrina eius, c quia in potestate e-  
rat sermo eius. <sup>b</sup> Erat enim docens e-  
os quasi potestatem habens, & nō si-  
cut scribæ. <sup>h</sup> Et erat in synagoga <sup>b</sup> eo-  
rum <sup>h</sup> homo || habens spiritum im-  
mundum, & exclamauit c voce mag-  
na<sup>h</sup> dicens: c Sine, <sup>h</sup> quid nobis & tibi  
Iesu Nazarene? venisti perdere nos?  
scio † te quia<sup>h</sup> fīis sanct<sup>9</sup> Dei. Et ▷ incre-  
pauit illum Iesus dicens: Obmuteste,  
& exi || ab homine. c Et cū proiecisset  
illum dæmonium in medium, <sup>b</sup> &  
discerpens eum spiritus immundus  
& exclamans voce magna, <sup>h</sup> exiit ab

EVANGELICA. 43  
eo, c nihilque eū nocuit. Et factus est  
pauor in omnib<sup>9</sup>, <sup>b</sup> & mirati sunt om-  
nes, ita vt cōquirerent inter se, c & col-  
loquebantur ad inuicem <sup>h</sup> dicentes: <sup>b</sup>  
Quidnam est hoc? c quod est hoc ver-  
bum? <sup>b</sup> Quænam doctrina hæc noua?  
<sup>h</sup> quia in potestate c & virtute<sup>h</sup> im-  
perat spiritibus immundis, <sup>b</sup> & obedi-  
unt ei, c & exeunt<sup>h</sup> Et † processit ru-  
mor eius statim in omnem regione<sup>2</sup> <sup>b</sup>  
Galilææ.

¶ *Curatur a febris socrus Simonis, & a-  
gyoti multi.* Matthæi 8.

Marci 1. Lucæ 4.

CAPVT XXVIII.

† c. Surgens  
autē Iesū  
▷ c. introi-  
uit

**E**<sup>h</sup> T † protinus egredientes de sy-  
nagoga ▷ venerunt in domum  
Simonis <sup>b</sup> & Andree cum Iacobo &  
Iohanne. <sup>h</sup> Socrus autē Simonis c te-  
nebatur magnis febribus [ & ] <sup>b</sup> decū-  
bebat febricitans. <sup>a</sup> Et cum venisset  
Iesus in domum Petri, vidit socrum e-  
ius iacentem & febricitantem, <sup>b</sup> & sta-  
tim dicunt ei de illa, c & rogauerunt  
illum pro ea. <sup>b</sup> Et accedens c & stans  
super illam imperauit febrī, <sup>a</sup> & teti-  
git manum eius [ & ] <sup>b</sup> eleuauit eam  
apprehensa manu eius, <sup>l</sup> & <sup>b</sup> continuū  
<sup>l</sup> dimisit eam c febris. <sup>f</sup> Et c continuū  
|| <sup>f</sup> surrexit<sup>l</sup> & ministrabat eis. <sup>e</sup> Ve-  
|| c. Surgens  
spere autem facto <sup>h</sup> cūm \* occidisset \* c. autem  
Sol,

† b. *afferebant ad eam omnes male habentes*  
 † a. *Eiiciebat spiritus*  
 \* *At*

Sol, † omnes qui habebat infirmos varij languoribus ducebant illos ad eum & obrulerunt ei multos daemonia habentes. Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et daemona multa eiiciebat a verbo, & omnes malè habentes, multos qui vexabantur varijs languoribus \* ille singularis manus imponens curauit eos, a vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Exibant autem daemona à multis clamantia & dicentia: Quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant eum esse Christum. Et diluculo valde surgens egressus abiit in desertum locum, ibique orabat. Et profectus est eum Simon, & q. cum illo erat. Et cum inuenissent eum, dixerunt ei: Quia oēs quærunt te. Et ait illis: Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Et turbæ requirebāt eum, & venerūt vsque ad ipsum, & detinebāt illū ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum, quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synago galilæe † eorum, & in omni Galilæa & daemona eiiciens.

† c. *Facta autem die*  
 || *c. ibat*

† c. *Galilæe*

¶ *Reprehenduntur à Christo tres volentes ipsum sequi. Matt. 8. Lucæ 9.*

CAPVT XXIX.

V<sup>a</sup> Idens autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum. Factum est autem, ambulatibus illis in via, & accedens vnus scriba † ait illi: Magister sequar te quocunque ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidus: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Ait autē ad alterum: Sequere me. Ille autem alius de discipulis eius ait illi: Domine permitte || mihi primū ire & sepelire patrem meum. † Iesus autē ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos, tu autē vade & annuntia regnum Dei. Et ait alter: Sequar te Domine, sed permitte mihi primū renuntiare his qui domi sunt. Ait ad illū Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrō, aptus est regno Dei.

† c. *dixit quidam ad illum*  
 † c. *dixit; ei Iesus*  
 † c. o. *sine vt mortui sepeliant*

¶ *Maris tempestas iussu Christi sedatur. Matth. 8. Mar. 4. Lucæ 8.*

CAPVT XXX.

F<sup>c</sup> Actum est autem in vna dierum & ipse ascendit in nauiculam, & ascendēte eo in nauiculā, secuti sunt eum

† b. illis eum f discipuli eius. h Et ait † ad illos  
 ▷ b. o. Trā b in illa die cum serō esset factum. h  
 Jeannus. ▷ Transfretenderunt b cōtra, c trans stagnum. Et ascenderunt. b Et dimittentes turbam, assūmunt eum ita vt erat in naui, & aliæ naues erant cum illo. Et nauigātibus illis obdormiuit. a Et ecce motus magnus factus est in mari, b & ▷ descendit procella b magna b venti c in stagnum, b & fluctus mittebat in nauim: c ita vt || nauicula operiretur fluctibus. c Et complebantur, & † c. accedētes autem b & erat ipse in puppi super ceruicalis dormiens. f Et † accesserunt a ad eum discipuli eius. l Et ▷ suscitauerunt eū dicētes illi: h Magister b non ad te pertinet quia perimus ? a Domine, salua nos, f perimus. l Et dicit eis a Iesus. e Quid timidi estis a modice fidei? c Vbi est fides vestra ? b Necdum habetis fidem? † l Tunc c ille l surgens ▷ increpauit ventum, || f & tempestat eam quæ, b & dixit mari: Tace & obmutesce. h Et cessauit b ventus, l & facta est tranquillitas e magna. † f Porro homines c timentes f mirati sunt, b & timuerunt timore magno, ▷ l & dicebant h ad || alterutrum: † l Quis fortas h hic est, quia c & ventis & mari imperat, & ▷ c vti & mare l obediūt ei?

¶ Sanatus

¶ Sanatus in regio Gerafenorum duobus demoniacis, demones porcos ingressi precipitant in mare. Matt. 8. Mar. 5. Luc. 8.

## CAPVT XXXI.

**E**CET nauigauerunt ad regionem Gerafenorum quæ est contra Galilæam. b Et venerunt trans fretum maris in regionem Gerafenorum. h Et cum † b. o. exetit de nauim egressus esset c ad terrā, b staunti ei de tim h occurrit b de monumētis h ▷ vir nauis quidam qui habebat demoniū, c iam ▷ b. homo temporibus multis, & vestimēto non in spiritu induebatur, neque in domo manebat: immundo sed b qui domiciliū habebat h in monumētis. b Et neque catenis iam quiscquam poterat eum ligare, quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus dirupisset catenas, & compedes comminisset: & nemo poterat eum domare, & semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat clamans, & cōcidens se lapidibus. h || Videns autem, || c. o. Is vt vidit Iesum b à longē, cucurrit & h † adorauit eum, & ▷ clamans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi c est h fili Dei altissimi? c Obsecro te, b adiuro te per Deum h ne me torqueas. c Precipiebat enim spiritui immūdo vt exiret ab homine. b Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine isto. c Multis enim temporibus arripiebat illum, & vincie-

† b. *Et interrogabat eum* vinciebatur catenis, & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. † <sup>b</sup> Interrogauit autem illum? <sup>c</sup> Iesus dicens: <sup>h</sup> Quod tibi nomē est? † Et dicit ei: Legio <sup>b</sup> mihi nomē est, quia multi sumus: <sup>c</sup> quia intrauerant multa dæmonia in eum. <sup>h</sup> Et || deprecabantur eum? <sup>b</sup> multum, ne se expelleret extra regionem, [ & ] <sup>c</sup> ne imperaret illis vt in abyssum iret. <sup>h</sup> Erat autem ibi <sup>b</sup> circa montē <sup>h</sup> grex porcorum † magnus pascens? <sup>b</sup> in agris [ & ] <sup>c</sup> in monte. <sup>h</sup> Et † deprecabantur eum <sup>b</sup> spiritus, <sup>c</sup> vt permitteret eis in illos ingredi, <sup>b</sup> dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. <sup>h</sup> Et || concessit eis <sup>b</sup> statim Iesus. <sup>c</sup> Exierunt ergo dæmonia ab homine <sup>h</sup> & <sup>b</sup> exeuntes spiritus immundi <sup>h</sup> intrauerunt in porcos: & <sup>b</sup> magno <sup>h</sup> impetu grex † precipitatus est in mare? <sup>b</sup> ad duo milia, <sup>h</sup> & † suffocati sunt <sup>b</sup> in mari. <sup>c</sup> Quod vt viderūt factum <sup>h</sup> qui \* pascebant eos, fugerūt, & nuntiauerunt in ciuitatē & in || agris? † Et egressi sunt videre quid esset factum, & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem à quo dæmonia exierant, <sup>b</sup> & vident illum qui à dæmonio vexabatur <sup>h</sup> sedentem vestitū ac † sana mente? <sup>c</sup> ad pedes eius, <sup>h</sup> & timuerunt. || Et narrauerunt illis? qui

viderant <sup>b</sup> qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat, <sup>c</sup> quomodo sanus factus fuisset à legione: <sup>b</sup> & de porcis.

*Que Marcus & Lucas de vno narrant, Matthæus de duobus scribit hoc modo:*

Et cū venisset Iesus trans fretum in regionē Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longe ab eis grex multorum porcorum pascens. Dæmones autem rogabant eū dicentes: Si ijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce magno impetu abijt totus grex per præceptum in mare: & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt: & venientes, in ciuitatē nuntiauerunt hæc omnia: & de ijs qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu. Et viso eo † rogabant eum <sup>c</sup> omnis multitudo regionis Gerasenorum † vt transiret || à <sup>c</sup> ab ipsis sinibus eorum? <sup>c</sup> quia magno timore <sup>† a</sup> tenebantur. † <sup>f</sup> Ipse autem ascendens <sup>† a</sup> in nauim? <sup>c</sup> reuersus est [ & ] <sup>a</sup> transfretum

Et roga uit eū vir à quo demonia exierāt || c. eo \* autem t b. ait > c. narra || c. fecit tauti . b Cūmq̄ue ascenderet nauim > h cepit illum deprecari qui à dæmo nio vexatus fuerat vt esset cum || illo, b & nō admisit eū: sed c dimisit \* eum Iesus, h t dicēs b illi: Vade, c redi h in domū tuā b ad tuos, h & > annuntia illis quanta tibi Dominus || fecerit b & misertus sit tui. h Et abiit c per vi uersam ciuitatē prædicans, b & cepit prædicare in Decapoli h quanta sibi se cissit Iesus, b & omnes mirabantur.

¶ Sanatur paralyticus per regulas demissus, Matth. 9. Marci 2. Luc. 5.

## CAPVT XXXII.

C. 8  
B. 5

FActum est autem cūm rediisset Iesus b & cūm trāscēdisset in nauim rursūm trans fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare, [ & ] c excepit eum turba. erant autem omnes expectantes eum . a Et venit, b & intrauit iterum a in ciuitatem suam b Capharnaum post dies. c Et factum est in vna dierum, b & auditum est quod in domo esset, & confestim con uenerunt multi, ita vt non caperēt ne que ad ianuā. c & ipse sedebat docens, b & loquebatur eis verbum. c Et erant Pharisei sedētes & legis doctores qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Hierusalem: & virtus Do mini erat ad sanandum eos. l Et ecce t b uenerunt ad eum c viri t l portātes a ei

B. 1  
C. 5

t a. offerre bant. t h. o. offerē tes

a ei f || in lecto hominem l qui erat pa || a. paraly ticus b qui à quatuor portabatur. ticū in lecto b Et > non inuenientes qua parte il lincens lum inferrēt præ turba, c ascenderunt > b. cū non supra tectum, & b nudauerunt tectum possēt offerre eum illi b submiserunt t eum cum lecto c in t b. grabatū medium ante Iesum. > l Cūm autem in quo para vidisset Iesus fidem illorum, ait c para lyticus iace lytico: a Confide || l fili, remittuntur bat tibi peccata tua . a Et ecce b erant illic c quidā de scribis b sedentes h & t ce perunt cogitare c scribæ & pharisæi de illorū dē > f dicētes, || c in cordib⁹ suis: b Quid xit > c. quo hic sic loquitur? a hic c blasphemat. nū fidem vs c Quis est hic qui loquitur blasphemi vidit dixit as? h Quis potest dimittere peccata ni || c. hō t b. ca si solus Deus? t l Quo statim cogni gitantes: to Iesus spiritu suo, quia sic cogitaret > a. dixerūt intra se, c respondens l dixit h ad illos: || a. intra se a Vt l quid cogitatis b ista a mala l in t a Et cū Ie cordibus vestris? Quid est facilius, di sūs cogita tiones eorū cere b paralytico: l Dimittuntur tibi t c. Vt autē co peccata tua. an dicere: Surge, b tolle gra gnouit Iesus batum tuum, l & ambula? Vt autem cogitationes eorum sciatīs quia filius hominis habet pote t b. graba statē in terra dimittēdi peccata (a tunc tū || b. stati le > lectum tuum, & vade in domum tū || b. stati tuam. Et || h confestim t l confurgens, t c. surrexit b ille c coram illis > h tulit lectum c in t b. et subla quo iacebat, f & l abiit b inde coram to grabato

¶ *b. ita vt mirarentur oēs & honorificarent* omnibus <sup>f</sup> in domum suam, <sup>c</sup> magnificās Deum. <sup>a</sup> Videntes autem turbæ <sup>oēs & honorificarent</sup> omnes, <sup>†</sup> <sup>h</sup> & magnificabāt Deū <sup>a</sup> qui <sup>†</sup> <sup>a</sup>. *Et glori ficauerunt* dedit talem potestatem hominibus. <sup>c</sup> Et repleti sunt timore <sup>h</sup> dicētes: Quia <sup>c</sup> vidimus mirabilia hodie. <sup>b</sup> Nunquā sic vidimus.

¶ *Vocatur Mattheus & de ieiunio disputatur cum discipulis Iohannis & pharisæorum.* Matt. 9. Mar. 2. Luc. 5.

## CAPVT XXXIII.

† *b. egressus est*

▷ *b. o. cum preteriret*

¶ *a. o. in tentorio*

† *a. discubēte eo in domo*

▷ *c. Erat multa turba publicanorum & aliorum*

¶ *c. qui cum illis erāt discumbentes*

† *a. dicebāt discipulis*

*b. dixerunt discipulis*

¶ *E* <sup>h</sup> <sup>t</sup> <sup>c</sup> post hæc <sup>†</sup> <sup>h</sup> exijt <sup>b</sup> rursus ad mare, omnīq; turba veniebat, & docebat eos. <sup>†</sup> <sup>▷</sup> <sup>c</sup> cum transiret <sup>a</sup> inde Iesus, <sup>†</sup> <sup>a</sup> vidit <sup>a</sup> hominem <sup>c</sup> publicanum nomine <sup>h</sup> Leui <sup>b</sup> Alphæi <sup>†</sup> sedentem || ad telonium <sup>a</sup>, <sup>a</sup> Matthæum nomine. <sup>†</sup> <sup>▷</sup> <sup>a</sup> Et ait illi: Sequere me. <sup>▷</sup> <sup>c</sup> Et relicti omnibus <sup>†</sup> surgens secutus est eum. <sup>c</sup> Et fecit ei conuiuium magnum <sup>▷</sup> <sup>a</sup> Leui in domo sua. <sup>†</sup> <sup>▷</sup> <sup>e</sup> factum est <sup>†</sup> cum accumberet in domo <sup>b</sup> illius, <sup>a</sup> ecce <sup>▷</sup> <sup>†</sup> multi publicani & peccatores <sup>a</sup> venientes <sup>b</sup> simul || <sup>†</sup> discumbant cum Iesu & discipulis eius <sup>b</sup>. <sup>▷</sup> <sup>a</sup> Erant enim multi qui & sequebantur eum. <sup>†</sup> <sup>▷</sup> <sup>e</sup> videntes <sup>†</sup> pharisæi <sup>h</sup> & scribæ <sup>c</sup> eorum <sup>b</sup> quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, <sup>c</sup> murmurabant <sup>†</sup> dicentes ad discipulos <sup>a</sup> eius:   
 Quare

¶ *Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis, e manducat b & bibit e magister vester?* <sup>c</sup> Et <sup>†</sup> <sup>a</sup> hoc audito <sup>†</sup> <sup>a</sup> Iesus <sup>c</sup> respondens <sup>†</sup> <sup>▷</sup> <sup>a</sup> ait <sup>h</sup> illis: || <sup>†</sup> <sup>†</sup> Non necesse habent sani medico, sed qui malè habent. <sup>a</sup> Euntes autem discite quid sit: Misericordiam volo, & non sacrificium. <sup>†</sup> <sup>▷</sup> <sup>e</sup> Non enim veni vocare iustos, sed peccatores <sup>c</sup> ad poenitentiam. <sup>a</sup> Tunc accesserunt ad eum discipuli Iohannis, <sup>b</sup> & erant discipuli Iohannis & pharisæorum ieiunantes: & veniunt, & <sup>▷</sup> <sup>†</sup> dicunt ei: Quare discipuli Iohannis ieiunant <sup>†</sup> <sup>†</sup> frequenter, <sup>c</sup> & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum: tui autem <sup>e</sup> discipuli non ieiunant, [sed] <sup>c</sup> edunt & bibunt? || <sup>†</sup> <sup>†</sup> Et ait illis Iesus: Nunquid <sup>▷</sup> <sup>▷</sup> possunt <sup>†</sup> filij sponsi <sup>a</sup> iugere [ & ] <sup>h</sup> ieiunare <sup>†</sup> quamdiu <sup>c</sup> cum illo est sponsus? <sup>b</sup> quanto tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare. <sup>†</sup> Venient autem dies <sup>c</sup> cum auferetur ab eis sponsus, <sup>c</sup> & <sup>c</sup> cum ablatus fuerit ab eis sponsus, <sup>†</sup> tunc ieiunabunt <sup>h</sup> in illis diebus. <sup>c</sup> Dicebat autem nare dum & similitudinem ad illos: Quia <sup>†</sup> <sup>†</sup> nemo <sup>†</sup> immittit commissuram <sup>a</sup> panni <sup>†</sup> rudis, <sup>c</sup> [aur] <sup>c</sup> à vestimēto nouo <sup>†</sup> <sup>†</sup> in vestimentū vetus <sup>h</sup> alioquin <sup>c</sup> & non rumpitur, & veteri non conuenit commissura à nouo, [ & ] <sup>▷</sup> <sup>e</sup> aufert <sup>▷</sup> <sup>a</sup>. tollit

enim. o. ple supplementum<sup>a</sup> eius<sup>b</sup> nouū<sup>e</sup> à<sup>a</sup> ve-  
nitudinem stimento<sup>b</sup> veteri,<sup>e</sup> & || peior<sup>c</sup> scissura  
||<sup>b</sup>. c. maior fit.<sup>l</sup> Et † nemo mittit<sup>c</sup> vinum nouum  
†<sup>a</sup>. neque in vtres veteres, alioqui † dirumpet vi-  
mittunt num nouum vtres, & vinum ▷ effun-  
†<sup>a</sup>. rûpûtur detur<sup>c</sup>, & vtres || peribunt : sed vinum  
vtres nouum in vtres nouos ▷ mitti debet.  
▷<sup>a</sup>. effundi<sup>f</sup> & || ambo<sup>c</sup> conseruantur. <sup>c</sup> Et nemo  
zur bibens vetus, statim vult nouum. Di-  
▷<sup>a</sup>. pereunt cit enim, vetus melius est.

▷<sup>a</sup>. mittit q Suscitur filia archisynagogi & curatur  
▷<sup>c</sup>. o. mit- emorboissa. Matt. 9. Marc. 5. Luca. 8.  
zendum est CAPVT XXXIIII.

||<sup>c</sup>. o. vtra- que  
\*<sup>h</sup>. & H<sup>a</sup> Aec illo loquēte ad eos \*<sup>f</sup> ecce  
▷<sup>h</sup>. venit nomen Iairus, & ipse princeps synago-  
b. quidā de gæ erat.<sup>l</sup> Et <sup>b</sup> videns eum ||<sup>l</sup> proci-  
archisyna- dit ad pedes eius<sup>c</sup> rogans eum vt intra-  
gogis, nomi- ret in domū eius, quia vnica filia erat  
ne Iairus ei ferē annorum duodecim, & hac mo-  
||<sup>a</sup>. adora- riebatur.<sup>b</sup> Et deprecabatur eum mul-  
bat eum tum<sup>e</sup> dicens:<sup>b</sup> Quoniam<sup>a</sup> Domine<sup>e</sup>  
||<sup>c</sup>. cecidit filia mea<sup>b</sup> in extremis est, [aut]<sup>a</sup> mo-  
ad pedes le dō defuncta est: sed<sup>e</sup> veni, impone ma-  
su num tuam super eam, † vt salua sit &  
†<sup>a</sup>. & vi- uiuat. Er<sup>a</sup> surgens Iesus ▷<sup>e</sup> & seque-  
uet batur eum<sup>a</sup> & discipuli eius,<sup>b</sup> & seque-  
▷<sup>b</sup>. abijt batur eum turba multa. <sup>h</sup> Et<sup>c</sup> conti-  
cum illo git dum iret, à turbis ||<sup>h</sup> comprimeba-  
||<sup>b</sup>. compri- tur.<sup>l</sup> Et<sup>a</sup> ecce<sup>l</sup> mulier<sup>c</sup> quædā<sup>e</sup> quæ  
mebant eum †<sup>b</sup>. erat in profuuiio sanguinis

†<sup>l</sup> fluxum sanguinis pariebat<sup>r</sup> duo- †<sup>c</sup>. erat in  
decim annis, <sup>b</sup> & fuerat multa per- fluxu san-  
pessa à compluribus medicis, †<sup>h</sup> & guinis ab  
erogauerat omnia sua, nec quicquam †<sup>c</sup>. quæ in  
profererat<sup>b</sup> sed magis deterius habebat: cūm audisset de Iesu ▷<sup>l</sup> venit in  
turba retrō, & tetigit || simbram vesti- gauerat om-  
mētī<sup>c</sup> eius.<sup>e</sup> dicebat enim: <sup>b</sup> Quia<sup>e</sup> si nem substā-  
b vel<sup>e</sup> vestimentū eius<sup>a</sup> tantū<sup>e</sup> te- tiā suā, nec  
tiggero, salua ero.<sup>h</sup> Et confestim † sic- ab illo po-  
catus est fons<sup>r</sup> sanguinis eius,<sup>b</sup> & sensi- tuit curari  
sit corpore quia sanata esset à plaga. retrō ▷<sup>f</sup>. accessit  
▷<sup>e</sup> Et statim<sup>e</sup> Iesus<sup>b</sup> in semetipso co ||<sup>b</sup>. vesti-  
gnoscēs virtutem quæ exierat de illo, mentum  
<sup>e</sup> cōuersus<sup>b</sup> ad turbā ||<sup>h</sup> aiebat<sup>r</sup>: Quis †<sup>c</sup>. sciet flu-  
<sup>c</sup> est qui<sup>h</sup> tetigit † vestimenta mea?<sup>r</sup> xus  
<sup>c</sup> Negantibus autem omnibus ▷<sup>h</sup> di- ▷<sup>a</sup>. At  
xit Petrus & qui cum illo erāt: <sup>c</sup> Præ- ||<sup>c</sup>. Et ait  
ceptor, ||<sup>h</sup> turbæ te comprimunt & Iesus  
affligunt<sup>r</sup> & dicis, quis me tetigit? †<sup>c</sup>. me  
<sup>c</sup> Er dixit Iesus: Tetigit me aliquis, nā ▷<sup>b</sup>. Et dice-  
& ego noui virtutē de me exisse. <sup>b</sup> Et bant ei di-  
circūspiciebat videre eam quæ hoc fe- scipuli sui  
cerat. <sup>c</sup> Vidēs autem<sup>b</sup> mulier<sup>c</sup> quia ||<sup>b</sup>. vides  
non latuit, timens ac<sup>h</sup> tremens<sup>b</sup> sciēs turbā cōpri-  
quod factum esset in se, <sup>h</sup> venit & pro mentem te  
cidit, ante † pedes eius<sup>c</sup> & ob quam \*<sup>b</sup>. verō  
causam tetigerat eū, indicauit corām †<sup>b</sup>. eum  
omni populo, & quemadmodum con-  
festim sanata est, <sup>b</sup> & dixit ei omnem  
veritatem, ▷<sup>l</sup> Ille autem<sup>a</sup> videns eā ▷<sup>a</sup>. Et<sup>c</sup>. At  
<sup>l</sup> dixit<sup>h</sup> ei: <sup>a</sup> Confide<sup>l</sup> filia, fides tua ipse



te saluā fecit, h vade in pace, b & esto  
 sana à plaga tua. a Et salua facta est  
 mulier ex illa hora. h Adhuc illo loquē  
 te † veniunt nuntij ab archisynagogo  
 dicentes: Quia filia tua mortua est,  
 b quid vltra vexas magistrum? c Noli  
 vexare magistrum. h Iesus autē auditō  
 verbo c hoc b quod dicebatur, d h ait  
 b archisynagogo c patri puellę: h Noli  
 timere, || tantummodo crede, c & sal  
 ua erit. Et veniunt in domum archisy  
 nagogi. l Et f cūm venisset a Iesus in  
 f domum a principis † h non permisit  
 intrare secum quenquam, nisi Petrū,  
 & Iacobum, & Iohannem b fratrem  
 Iacobi, c & patrē, & matrem puellę.  
 Flebant autem omnes & plangebant  
 eam, e & d vidit a tibicines & || e tur  
 bam tumultuantem, b & flentes &  
 eiulantes multum. Et ingressus † l ait  
 illis: b Quid turbamini & ploratis?  
 c Nolite flere. a Recedite, l non est a e  
 nim l mortua puella, sed dormit. Et  
 † deridebāt eum, c scientes quōd mor  
 tua esset. d e Ipse verd eiectis omni  
 bus, b assumit patrem & matrē puellę,  
 & qui cum eo erant, & || e ingre  
 diatur, b vbi puella erat iacēs. † l Ipse  
 autem tenens manum puellę, c cla  
 mauit d l dicens: b Talitha-cumi,  
 quod est interpretatum: l Puella (b ti  
 bi dico) l surge. c Et reuersus est spiri  
 tus

† c. venit  
 quidā. o. ad  
 principē sy  
 nagoga, di  
 cens ei.  
 d e. respon  
 dit || c. o. cre  
 de tantum  
 † b. non ad  
 misit quen  
 quā se sequi  
 d a. vidisset  
 || b. tumult  
 um.  
 † a. dicit il  
 lis  
 † c. At ille  
 dixit  
 † b. o. irri  
 debant  
 d a. Et cūm  
 eiectis  
 turba  
 || a. intravit  
 † a. & te  
 nuit  
 b. Et tenēs  
 d a. & di  
 xit  
 b. ait illi

tus eius, l & surrexit e puella || h continū, b & ambulabat: erat autem an  
 norum duodecim. h Et obstupuerunt  
 b stupore magno c parētes eius. † h Et  
 præcepit illis, b vehementer vt nemo  
 id sciret, [ & ] c ne alicui dicerēt quod  
 factum erat. h Et iussit † dari illi mā  
 ducare. a Et exiit fama hæc in vniuer  
 sam terram.

|| b. cōfestim  
 † c. quibus  
 præcepit  
 † c. o. illi  
 dave

¶ Duo cæci curantur & vnus demoniacus.  
 Matthai. 9. CAP. XXXV.

**E**T trāseunte inde Iesu secuti sunt  
 eum duo cæci clamantes & dicē  
 tes: Miserere nostri fili David.  
 Cūm autem venisset domum accesserunt  
 ad eū cæci. Et dicit eis Iesus: Cre  
 ditis quia hoc possum facere vobis? Di  
 cunt ei: Vtiq; Domine. Tunc tetigit  
 oculos eorum, dicens: Secundum fi  
 dem vestram fiat vobis. Et aperti sunt  
 oculi eorum, & comminatus est illis  
 Iesus, dicens: Videte ne quis sciat. Illi  
 autem exeuntes diffamauerunt eum  
 in tota terra illa. Egressis autem illis,  
 ecce obtulerunt ei hominem mutum,  
 dæmonium habentem. Et eiecto dæ  
 monio locutus est mutus, & miratæ  
 sunt turbæ dicentes: Nunquā sic appa  
 ruit in Israēl. Pharisei autem dice  
 bant: In principe dæmoniorum eij  
 cit dæmones.

¶ *Sancto in sabbatho homine qui labora-  
uerat. 38. annos, disputat cum Iu-  
daeis Dominus. Iohan. 5.*

## CAPVT XXXVI.

**P**ost hæc erat dies festus Iudæo-  
rum, & ascendit Iesus Hierosoly-  
mā. Est autem Hierosolymis in Pro-  
batica, piscina quæ cognominatur He-  
braicè Bethesda, quinque porticus ha-  
bēs. In his iacebat multitudo magna  
languentium, cæcorum, claudorum,  
aridorum, expectantium aquæ motū.  
Angelus autem Domini descendebat  
secundum tempus in piscinam, & mo-  
uebatur aqua. Et qui prius descendis-  
set in piscinam post motionem aquæ,  
sanus fiebat à quacunq; detinebatur  
infirmirate. Erat autem quidam ho-  
mo ibi triginta & octo annos habens  
in infirmitate sua. Hunc cum vidisset  
Iesus iacentem, & cognouisset quia  
multum tempus haberet, dicit ei: Vis  
sanus fieri? Respondit ei languidus:  
Domine, hominem nõ habeo, vt cum  
turbata fuerit aqua, mittat me in pisci-  
nam: dum venio enim ego, alius ante  
me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tol-  
le grabatum tuum, & ambula. Et sta-  
tim sanus factus est homo ille, & su-  
stulit grabatum suum, & ambulabat.  
Erat autem sabbathum in die illa. Di-  
cebant

cebant ergo Iudæi illi qui sanatus fue-  
rat: Sabbathum est, non licet tibi tol-  
lere grabatum tuum. Respondit eis:  
Qui me sanū fecit, ille mihi dixit: Tol-  
le grabatum tuum, & ambula. Inter-  
rogauerūt ergo eum: Quis est ille ho-  
mo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tu-  
um, & ambula? Is autem qui sanus  
effectus fuerat, nesciebat quis esset. Ie-  
sus enim declinauit à turba constitu-  
ta in loco. Postea inuenit eum Iesus  
in templo, & dixit illi: Ecce sanus fa-  
ctus es, iam noli peccare, ne deterius  
aliquid tibi contingat. Abiit ille ho-  
mo, & nuntiauit Iudæis quia Iesus  
esset qui fecit eum sanum. Propterea  
persequēbatur Iudæi Iesum, quia hæc  
faciebat in sabbatho. Iesus autem re-  
spondit eis: Pater meus vsque modò  
operatur, & ego operor. Propterea er-  
go magis quarebant eum Iudæi in-  
terficere, quia non solum soluebat sab-  
bathum, sed & patrem suum dicebat  
Deum, æqualem se faciens Deo. Re-  
spondit itaque Iesus, & dixit eis: A-  
men amen dico vobis, non potest fi-  
lius à se facere quicquam, nisi quod vi-  
derit patrem facientem: quæcunque  
enim ille facit, hæc & fili<sup>9</sup> similiter fa-  
cit. Pater enim diligit filiū, & omnia  
demōstrat ei, quæ ipse facit: & maiore  
his demōstrabit ei opera, vt vos mire-

mini. Sicut enim pater suscitatur mortuos & uiuificat, sic & filius, quos uult uiuificat. Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam aeternam, & in iudicium non uenit, sed transiit a morte in uitam. Amen amen dico uobis, quia uenit hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei: & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitae: qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Non possum ego a meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est, quia non quaero uoluntatem meam: sed uoluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium per-

hibet

hibet de me, & scio quia uerum est testimonium eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Iohannem, & testimonium perhibuit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed haec dico ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem uoluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Iohanne. Opera enim quae dedit mihi pater, ut perficerem ea: ipsa opera quae ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me, & qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me, neque uocem eius unquam audistis, neque speciem eius uidistis, & uerbum eius non habetis in uobis manens: quia quem misit ille, huic uos non creditis. Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam aeternam habere. Et illae sunt quae testimonium perhibent de me: & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognoui uos quia dilectionem Dei non habetis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo uos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis? & gloriam quae a solo Deo est non quaeritis? Nolite putare quia ego ac-

E 7 cusa

cusaturus sum vos apud patrem, est qui accusat vos, Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Si aut illi<sup>9</sup> literis nō creditis, quomodo verbis meis crederetis!

†<sup>c</sup>. Factum est autem  
▷<sup>c</sup>. trāsiret  
||<sup>c</sup>. vellebāt  
†<sup>c</sup>. manducabant  
▷<sup>c</sup>. pharisei autem  
||<sup>a</sup>. dixerūt

¶ Phariseos ob confricatas à discipulis spicas in sabbatho offensos, confutat Dominus. Matt. 12. Mar. 2. Luca. 6.

CAPVT XXXVII.

†<sup>b</sup>. quid discipuli tui faciunt sabbathis quod non licet  
E<sup>t</sup> h<sup>o</sup> T factū est b<sup>o</sup> iterum<sup>9</sup> a in illo tempore abiit Iesus per sata<sup>c</sup> in sabbatho c<sup>o</sup> secundoprimo, [ & ] cum b<sup>o</sup> sabbathis ▷ h<sup>o</sup> ambularet per sata<sup>l</sup> discipuli eius a<sup>o</sup> esurientes, c<sup>o</sup> cœperunt b<sup>o</sup> progredi & ||<sup>l</sup> vellere<sup>9</sup> spicas f & † manducare<sup>9</sup> c<sup>o</sup> confricantes manibus. ▷<sup>l</sup> Quidam autē Phariseorum<sup>9</sup> a<sup>o</sup> videntes c<sup>o</sup> dicebant illis: Quid facitis quod nō licet in sabbathis? [ Et ] ||<sup>c</sup> discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbathis, ▷<sup>l</sup> Et respondens Iesus ad eos dixit: || Nunquam legistis quid fecerit Dauid, quando b<sup>o</sup> necessitatem habuit, & † efurijt ipse & qui cum eo erāt, quo modo ▷ intrauit<sup>9</sup> in domū Dei<sup>9</sup> b<sup>o</sup> sub Abiathar principe saterdotum, <sup>l</sup> & panes propositiones<sup>9</sup> sumpsit, & || māducauit, h<sup>o</sup> & dedit his & qui cum ipso erant, quos nō licebat † māduca-

▷<sup>a</sup>. At ille dixit eis  
b. Et ait illis  
||<sup>a</sup> Non  
c. Nec hoc legistis quod fecit  
†<sup>c</sup>. o. cum esurisset  
▷<sup>b</sup>. o. intrauit  
||<sup>a</sup>. o. comedit  
†<sup>a</sup>. o. edera  
▷<sup>c</sup>. o. tān

ic<sup>o</sup>

re<sup>a</sup> ei, neque his qui cum eo erant, nisi ▷ solis<sup>9</sup> sacerdotibus. a<sup>o</sup> Aut non legistis in lege quia sabbathis sacerdotet in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo maior est hīc. Si autem sciretis, quid est: Misericordiam volo & non sacrificium, nunquam cōdemnassetis innocentes. h<sup>o</sup> Et dicebat eis: b<sup>o</sup> Sabbathum propter hominem factū est, & non homo propter sabbathum. ||<sup>l</sup> Itaque dominus<sup>9</sup> est filius hominis etiam sabbathi.

¶ Phariseos ob sanatam in sabbatho manum aridam offensos, rursum confutat Dominus, Matt. 12. Mar. 3. Luca. 6.

CAPVT XXXVIII.

E<sup>t</sup> T a<sup>o</sup> cū inde transisset, c<sup>o</sup> factū est & in alio sabbatho †<sup>l</sup> vt intraret<sup>9</sup> b<sup>o</sup> iterum<sup>9</sup> in synagoga a<sup>o</sup> eorum c<sup>o</sup> & doceret. † Et a<sup>o</sup> ecce h<sup>o</sup> erat ibi<sup>l</sup> homo ▷ & manus eius dextera erat arida. ||<sup>h</sup> Et obseruabant<sup>9</sup> b<sup>o</sup> eum c<sup>o</sup> scribæ & pharisei, h<sup>o</sup> si † in sabbatho curaret, vt c<sup>o</sup> inuenirent vnde h<sup>o</sup> accusarent eum. a<sup>o</sup> Et interrogabant eum dicentes: Si licet sabbathis curare? Vt accusarent eum. c<sup>o</sup> Ipse verō sciebat cogitationes eorū, h<sup>o</sup> & ait homini ▷ qui habebat<sup>9</sup> manum aridam: Surge, c<sup>o</sup> & sta<sup>h</sup> in medium. c<sup>o</sup> Et surgens stetit. ||<sup>h</sup> Ait autem ad illos<sup>9</sup> c<sup>o</sup> Iesus: Interro-

||<sup>a</sup>. Dominus enim  
c. Quia Dominus

†<sup>a</sup>. venit.  
b. & introiit  
▷<sup>c</sup>. manū habēs aridā  
||<sup>c</sup>. Obseruabat autem  
†<sup>b</sup>. sabbathis  
▷<sup>b</sup>. o. habē  
zi  
||<sup>b</sup>. Et dicit  
eis

go vos si licet sabbathis benefacere, an male? animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant. Ipse autē dixit illis: Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnā, & si ceciderit hæc sabbathis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quāto magis melior est homo oue. Itaque licet sabbathis benefacere. Et ¶ circumspiciens eos<sup>b</sup> cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, tunc<sup>1</sup> ¶ dixit homini: Extēde manum tuam. Et extēdit, & restituta est<sup>h</sup> manus eius<sup>a</sup> sanitati sicut altera<sup>c</sup>. Ipsi autē impleti sunt insipientia. Exeuntes autē pharisæi<sup>b</sup> statim cū Herodianis & cofilium faciebant aduersum eum, quomodo perderent eū & colloquebantur ad inuicem quidnam facerent leui. Iesus autē<sup>a</sup> sciens<sup>b</sup> cum discipulis suis<sup>c</sup> secessit<sup>a</sup> inde<sup>b</sup> ad mare<sup>c</sup> & ¶ multa turba secuta est eum<sup>b</sup> Galilææ & Iudææ, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem & qui circa Tyrum & Sidonem multitudo magna, audientes quæ faciebatur venerunt ad eum. Et dixit Iesus discipulis suis, vt nauicula sibi deseruunt propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent quotquot habebant plagas. Et curauit eos om-

† circumspiciens omnibus  
|| a. o. ait  
c. dixit  
▷ b. illi

|| a. secuti sunt cū multitudine  
ti

nes, & præcepit eis ne manifestum eū facerent. Et spiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei, & clamabant dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifestarēt illum<sup>a</sup> vt impleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: Ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo benè cōplacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nūtiabit. Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiciat ad victoriā iudiciū: & in nomine ei<sup>9</sup> gētes sperabūt. ¶ *Electis duodecim Apostolis differit Dominus in quibus sita sit beatitudo.*

Matt. 5. Mar. 3. Luc. 6.

CAPVT XXXIX.

Factum est autem in illis diebus exiit<sup>b</sup> & a videns \* Iesus turbas \* autem ¶ ascendit<sup>1</sup> in montem<sup>c</sup> orare, & ¶ ascendens erat pernoctans in oratione Dei. Et cū dies factus esset, h vocauit<sup>b</sup> ad se quos voluit ipse c discipulos suos<sup>c</sup> & a cūm sedisset, ▷ accesserunt<sup>c</sup> ad eum ▷ b. venediscipuli eius. c Et elegit duodecim ruit ex ipsis, b & fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare. Et dedit eis potestatem curandi infirmi-

¶ Et impositas, & ei sciendi dæmonia, <sup>c</sup> quoniam  
 fuit Simonem & Apostolos nominavit. ¶ h Simonem  
 nomen Petrum & Apostolos cognominavit Petrum & An-  
 dræam fratrem eius, Iacobum <sup>b</sup> Zebedæi <sup>h</sup> & Iohannem <sup>b</sup> fratrem Iacobi  
 & imposuit eis nomina Boanargæ quod est filij tonitruus. <sup>h</sup> Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thoma-  
 maum, Iacobum Alphaei & Simonem qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi <sup>b</sup> Thaddæum <sup>h</sup> & Iudam Iſcariotem qui fuit proditor. <sup>c</sup> Et descendens cum illis, stetit in loco cæpestri & turba discipulorum eius, & multitudo tur-  
 pioſa plebis ab omni Iudæa & Hierosolalem: & maritima Tyri & Sidoniam qui venerant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et quarebantur à spiritibus immundis, & rabe-  
 rantur. Et omnis turba quarebat eum tægere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. <sup>f</sup> Et <sup>c</sup> ipse eleuans oculos in discipulos suos <sup>a</sup> aperiens os suum docebat eos, <sup>† f</sup> dicens: Beati pauperes <sup>a</sup> spiritu, <sup>†</sup> quoniam ipsorum est regnū || cœlorum. <sup>a</sup> Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. <sup>†</sup> Beati <sup>†</sup> qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui <sup>†</sup> esuriunt, <sup>a</sup> & sitiunt iustitiam, <sup>f</sup> quoniam ipsi saturabuntur.

rabuntur. <sup>a</sup> Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. <sup>f</sup> Beati <sup>† c. o. eritis</sup> estis: cum <sup>c</sup> vos oderint homines, & <sup>† a. o. mala dixerint</sup> cum separauerint vos, & <sup>†</sup> exprobrauerint <sup>a</sup> vobis homines, <sup>c</sup> & eiecerint nomen vestrum tãquam malum <sup>a</sup> & persecuterint vos fuerint, & dixerint omnem malum aduersum vos mentientes, <sup>f</sup> propter <sup>a</sup> me <sup>c</sup> filium hominis. <sup>f</sup> Gaudete <sup>c</sup> in illa die, <sup>f</sup> & exultate, <sup>c</sup> ecce <sup>†</sup> enim <sup>a</sup> merces vestra <sup>†</sup> copiosa <sup>a</sup> est || <sup>a. quoniam</sup> in <sup>†</sup> cœlis. || Sic enim persecuti sunt <sup>† c. o. mul-</sup> prophetas <sup>a</sup> qui fuerunt ante vos, <sup>c</sup> patres eorum. Veruntamen vobis di-  
 uicibus, qui habetis consolationem vestram. Vae vobis qui saturati estis, quia <sup>† c. o. celo</sup> esurietis. Vae vobis qui ridetis nunc, quia <sup>† c. secundum</sup> lugebitis & flebitis. Vae cum benedixerint vobis omnes homines. <sup>† c. o. cœlo</sup> Secundum hæc enim faciebant pseudo prophetas <sup>† c. o. celo</sup> patres eorum. <sup>a</sup> Vos estis sal terræ. || Quod si sal euauerit, in quo <sup>B. 9. 71.</sup> salietur: ad nihilum valet ultra, nisi ve-  
 mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non <sup>B. 4. 51.</sup> potest ciuitas abscondi supra montem <sup>C. 8. 51.</sup> posita, || neque accendunt lucernam, <sup>C. 11. 49.</sup> & po-

& ponunt eam sub modio, sed super  
candelabrum, vt luceat omnibus qui  
in domo sunt. Sic luceat lux vestra  
coram hominibus, vt videant opera  
vestra bona, & glorificent patrem vestri  
qui in caelis est. Nolite putare quoniam  
veni soluere legem, aut prophetas. Non  
veni soluere, sed adimplere. || Amen  
quippe dico vobis, donec tra-  
seat caelum & terra, iota vnum aut  
apex vnus non prateribit a lege donec  
omnia fiant. ] Qui ergo soluerit vnum  
de mandatis istis minimis, & docuerit  
sic homines, minimus vocabitur in re-  
gno caelorum. Qui autem fecerit &  
docuerit, hic magnus vocabitur in re-  
gno caelorum.

C.16.95.

¶ *Præcipitur abundantior iustitia quam sit  
Pharisæorum. Matthæi 5. Luca 6.  
CAPVT XL.*

**D**ico autem vobis, quia nisi ab-  
dauerit iustitia vestra plusquam  
scribarum & Pharisæorum, non intra-  
bitis in regnum caelorum. Audistis  
quia dictum est antiquis: Non occides,  
qui autem occiderit reus erit iudicio.  
Ego autem dico vobis, quia omnis  
qui irascitur fratri suo reus erit iudi-  
cio. Qui autem dixerit fratri suo racha,  
reus erit concilio: qui autem dixerit fa-  
tue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo  
offers

offers munus tuum ad altare, & ibi re-  
cordatus fueris, quia frater tuus habet  
aliquid aduersum te, relinque ibi mu-  
nus tuum ante altare, & vade, prius  
reconciliare fratri tuo: & tunc venies  
offer munus tuum. || Esto consentiens  
aduersario tuo citò, dum es in via cum  
eo: ne fortè tradat te aduersarius iudi-  
ci, & iudex tradat te ministro, & in car-  
cerem mittaris. Amen dico tibi, non  
exies inde donec reddas nouissimum  
quadrantem. ] Audistis quia dictum  
est antiquis: Non moechaberis. Ego  
autem dico vobis, quia omnis qui vi-  
derit mulierem ad concupiscendum  
eam, iam moechatus est eam in corde  
suo. || Quòd si oculus tuus dexter scā-  
dalizat te, erue eum, & proijce abs te:  
expedit enim tibi vt pereat vnum me-  
brorum tuorum, quam totum corpus  
tuum mittatur in gehennam. Et si dex-  
tera manus tua scandalizat te, abscin-  
de eam, & proijce abs te: expedit enim  
tibi vt pereat vnum membrorum tuo-  
rum, quam totum corpus tuum eat in  
gehennam. ] Dictum est autem: Qui-  
cūque dimiserit vxorem suam, det illi  
libellum repudij. Ego autem dico vo-  
bis, quia omnis qui dimiserit vxorem  
suam, excepta fornicationis causa, fa-  
cit eam moechari: & qui dimissam du-  
xerit, adulterat. Iterum audistis, quia  
dictum

G.12.87.  
C.12.87.A.18.71.  
B.9.71.

dictum est antiquis: Non periurabis, reddes autē Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus Dei est; neq; per terram, quia scabellū est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuum iuraueris: quia nō potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, est est, non non: quod autem his abundantius est, à malo est. Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, & dentē pro dente. Ego autem dico vobis, non

† c. *qui* resistere malo: † f sed si quis te percussit *te percussit* serit' in a dexteram f maxillam a tuā, *ab eo* f prabe illi & alterā. Et *ei* qui vult *qui aufert* tecum in iudicio contendere, & tunicā tibi vestitam tuam tollere, dimitte ei & pallimentū, etiā um', a & quicumque te angariauerit *tunicā noli* mille passus, vade cū illo & alia duo. *prohibere* c Omni || f autem qui petit à te da ei: || a. *Qui aut* a & volenti mutuae à te, ne auertaris, *petit* c. *pete* c & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. || Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. ] a Audistis quia dictum est : Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. f Ego autem dico vobis c qui auditis: f Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderūt vos. c Benedicite maledicētibus vobis, f & orate

orate pro a persecutibus & f calūniantibus vos, a vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. f > Si *Et si* enim diligitis eos qui vos diligunt, || c. *que vs* || quam mercedem habetis? a Nōne *his est gra-* & publicani hoc faciunt? c Nam & *tia.* peccatores se diligentes diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. a Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nōne & ethnici hoc faciunt? c Veruntamen diligite inimicos vestros, benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. f Estote ergo a vos pfecti [ & ] c misericordes, f sicut & pater vester a cœlestis perfectus [ & ] c misericors f est.

¶ Docet quomodo facienda elemosyna, quomodo item orandum & ieiunandum. *Matthæi* 6. CAP. XLI.

**A**t tendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus, vt vide-



deamini ab eis: alioquin mercedē non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Cū ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Et cū oratis, non eritis sicut hypocritæ qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cū oraueris intra in cubiculū tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciūt, putāt enim quōd in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis, scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra,

Luc. 11, 83

stra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Amē. || Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. ] Cū autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes: extermināt enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cū ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.

B. 11, 112.

¶ *Docet abijciendam curam rerum terrenarum. Matthæi 6.*

CAPVT XLII.

**N**olite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, vbi neque erugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. ] || Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si ocul<sup>9</sup> tuus fuerit simplex,

C. 12. 86.

C. 11. 49.

totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebrae sunt, ipse tenebrae quanta erunt? || Nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonae. || Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animae vestrae quid māducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nōne anima plus est quā esca; & corpus plus quā vestimentum? Respicite volatilia caeli, quoniam non serunt neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester caelestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitum vni? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. Si enim foenum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quantū magis vos modicae fidei? Nolite ergo solliciti esse dicētes: Quid māducabimus, aut quid bibemus, aut

C.16.95.

C.12.86.

quo operiemur? hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. *Quarite ergo primum regnum Dei & iustitiā eius, & haec omnia adijcientur vobis.* Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi: sufficit diei malitia sua.

*¶ Docet temerè nec iudicandum nec docendum, adhortatur ad orationem, & ut vitatis pseudopphetis huic doctrina inhereatur. Matt. 7. Lucae 6.*

## CAPVT XLIII.

**N**<sup>f</sup> Olite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & nō condemnabimini. <sup>c</sup> Dimittite, & dimittentur vobis. Date, & dabitur vobis. Mēsuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in finem vestrum. <sup>a</sup> In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. <sup>† f</sup> & in <sup>† c.</sup> Eadem qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. <sup>c</sup> Dicebat autem illis & similitudinem: || Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nōne ambo in foueam cadunt? || Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. <sup>f</sup> Quid autem vides festucā in oculo fratris tui, & non consideras? Aut quomodo || po-

quippe mē-  
tur vobis. <sup>c</sup> A. 15. 60.  
A. 10. 55.  
D. 13. 130  
▷ <sup>a</sup>. o. &  
trabē in o-  
culo tuo nō  
vides  
|| <sup>a</sup>. dicitis

tes dicere<sup>r</sup> fratri tuo: Frater, sine eijciã festucam de oculo tuo, <sup>a</sup> & ecce trabs est in oculo tuo, [ & ] <sup>c</sup> ipse in oculo tuo trabem non vides? <sup>f</sup> Hypocrita, eijce primũm trabem de oculo tuo, & tunc <sup>†</sup> perspicies vt educas<sup>r</sup> festucam de oculo fratris tui. <sup>a</sup> Nolite sanctum dare canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. || Petite, & dabitur vobis. Quærite, & inuenietis. Pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem <sup>†</sup> petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona dare filiis vestris: quantò magis pater vester qui in cœlis est dabit bona petentibus se? ] Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. || Intrate per angustam portam, quia lata porta & spaciouosa via est, quæ ducit ad perditionẽ, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. Attendite à falsis prophetis,

† a. o. vide  
bis eicere

C. 11. 83.

C. 13. 90

riam propriam quærit: qui autē quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Nōne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba & dixit: Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem, non quia ex Moysē est, sed ex patribus: & in sabbatho circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbatho vt nō soluatur lex Moysi, mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbatho? Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis: Nōne hic est quem quærūt interficere? Ecce palā loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verē cognouerunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit, Christus autem cū venerit nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis: & à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, & si dixero, quia nescio eū, ero similis vobis mendax: sed scio eū, quia ab ipso sum, & ipse me misit.

Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illū manus, quia nōdum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, nūquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Audierunt pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt principes & pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inuenimus eum? nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: Quæretis me & non inuenietis, & vbi ego sum vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis, stabat Iesus & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. (Hoc autem dixit de spiritu què accepturi erant credentes in eum, nōdum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.) Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est verè propheta.

ta. Alij dicebāt: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæa venit Christus? Nōne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlechem castello, vbi erat Dauid, venit Christus? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autē ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos. Et dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisæi: Nunquid & vos seducti estis? nunquid ex principibus aliquis credidit in eum aut ex pharisæis. Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis: Nūquid lex nostra iudicat hominē, nisi prius audierit ab ipso & cognouerit quid faciat? Respōderunt & dixerūt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide, quā à Galilæa propheta nō surgit. Et reuerſi sunt vnusquisq; in domū suā.

¶ *Adulteram mulierē absoluit. Iohan. 8.*

## CAPVT LXXXVI.

**I**esus autē perrexit in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in tēplum,

plum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem scribæ & pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio: In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cùm ergo perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant, incipiètes à senioribus, & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier ubi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.

*¶ Rursum docet in templo, & lapidantium se manibus eripit. Iohan. 8.*

## CAPVT LXXVII.

**I**terum ergo locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed

sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimoniũ meum: quia scio vnde veni, & quò vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado: vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam: & si iudico ego, iudicium meum verũ est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, pater. Et in lege vestra scriptum est: Quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, pater. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque patrem meum: si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius. Dixit ergo eis iterum Iesus: Ego vado & quaeritis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit: Quò ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de

supernis sum. Vos de mūdo hoc estis, ego nō sum de hoc mundo. Dixi ego vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim nō crederitis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Iesus: Principium qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare: sed qui me misit verax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et nō cognouerunt quia patrē eis dicebat Deū. Dixit ergo eis Iesus. Cū exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & a me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor: & qui me misit, mecū est, & non reliquit me solū, quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente multi crediderunt in eū. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crederūt ei Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. Responderunt ei: Semen Abraham sumus, & nemini seruiuimus vnquā, quomodo tu dicis, Liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amen amē dico vobis, quia omnis qui facit peccatū, seruus est peccati: seruus autem nō manet in domo in æternū, filius manet in æternū. Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Scio quia filij Abraham

estis,

estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Ego, quod vidi apud patrem, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis. Responderūt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo. Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerūt itaq; ei: Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus Deū. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis vtiq; me, ego enim ex Deo processi & veni: neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia nō potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate nō stetit, quia non est veritas in eo: cū loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius. Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt

I 4 ergo



ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nōnne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Amen amē dico vobis: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternū. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est & propheta. Et tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternū. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortu<sup>9</sup> est, & prophete mortui sunt? Quē teipsum facis? Respōdit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis: Quia Deus vester est, & non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero, quia nō scio eum, ero similis vobis mēdax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meū: & vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amē amen dico vobis, antequam Abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides

vt iacerent in eum. Iesus autem absco dit se, & exiuit de templo.

¶ *Cæco nato restituitur visus. Iohan. 9.*

CAPVT LXXVIII.

**E**T præteriens Iesus vidit hominē cæcum à natiuitate, & interroga uerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respōdit Iesus: Neq; hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestet̄ opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. Hæc cū dixisset, expuit in terram, & fecit lutū ex spuro, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloē, quod interpretatur missus. Abijt ergo & lauit, & venit videns. Itaque vicini & qui viderant eū prius quia mendicus erat, dicebant: Nōnne hic est qui sedebat & medicabat? Alij dicebant: Quia hic est. Alij autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille verō dicebat: Quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos. & dixit mihi: Va de ad natatoriam Siloē, & laua. Et abijt, & laui, & vidi. Et

dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad pharisæos qui cæcus fuerat. Erat autē sabbathum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabāt eū Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo qui sabbathum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicitur ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerūt eos dicētes: Hic est filij<sup>9</sup> vester quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nūc videt? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est, quomodo autē nūc videat nescimus, aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interroga te, etatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerūt parētes eius, quoniā timebant Iudæos. Iam enim conspirauerāt Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christū, extra synagogā fieret. Pro-

pterea

pterea parētes eius dixerūt. Quia etatē habet, ipsum interrogate. Vocauerūt ergo rursum hominē qui fuerat cæcus, & dixerūt ei: Da gloriā Deo, nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio, vnū scio, quia cæcus cū essem, modò videro. Dixerūt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis, iā & audistis: quid iterū vultis audire? nūquid & vos vultis discipuli ei<sup>9</sup> fieri? Maledixerūt ergo ei, & dixerūt: Tu discipulus illius es, nos autem Moyfi discipuli sumus. Nos scimus quia Moyfi locutus est Deus, hūc autē nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autē, quia peccatores Deus nō audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo non poterat facere quicquam. Responderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerūt eum forās. Audiuit Iesus quia eiecerunt eū forās, & cū inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit: Quis est domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus:

I 6 Et

Et vidisti eum, & qui loquitur rectum ipse est. At ille ait: Credo Domine. Et proci dens adorauit eum. Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident caeci fiant. Et audierunt quidam ex pharisaeis qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Nūquid & nos caeci sumus? Dixit eis Iesus: Si caeci effetis, non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis: Quia videmus. Peccatū vestrū manet.

¶ *Differit Dominus de vero pastore & ouibus. Iohannis 10.*

CAPVT LXXIX.

**A** Men amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emisserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbiū dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico vobis, quia ego sum

sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius nō sunt oues propriae, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscunt me meae, sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnus ouile, & vnus pastor. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accipi a patre meo. Dissensio iterum facta est inter Iudaeos

propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc uerba non sunt dæmonium habentis: nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

¶ *Mittitur septuaginta discipuli, & rediit.*  
*Lucæ 10. CAP. LXXX.*

**P**ost hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erit ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidè multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suã. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculũ, neq; peram, neq; calceamenta, & neminem per uiam salutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primũm dicite: Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra, sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autẽ domo manete, edentes & bibetes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur uobis, & curate infirmos qui in illa sunt,

A.9.55.

A.10.55.  
B.6.55.

& dicite illis. Appropinquauit in uos regnũ Dei. In quamcunque autẽ ciuitate intraueritis, & non susceperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos: tamẽ hoc scitote, quia appropinquauit regnum Dei. Dico uobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati. Væ tibi Chorozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere sedentes poeniterent. Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quã uobis. Et tu Capharnãum usque ad cœlum exaltata, usq; ad infernũ demergeris. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicẽtes: Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam satanã sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnẽ uirtutẽ inimici, & nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subiicitur, gaudere autẽ quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora exultauit in Spũsancto, &

A.11.47.

160 **CONCORDIA**  
 dixit: Confiteor tibi pater Domine  
 cœli & terræ, quod abscondisti hæc à  
 sapientibus & prudentibus, & reuela-  
 sti ea paruulis. Etiam pater quoniam  
 sic placuit ante te. Omnia mihi tradi-  
 ta sunt à patre meo. Et nemo scit qui  
 sit filius nisi pater: & quis sit pater ni-  
 si filius, & cui voluerit filius reuelare.  
 Et conuersus ad discipulos suos, dixit:  
 Beati oculi qui vident quæ vos viden-  
 tis. Dico enim vobis, quod multi pro-  
 phetæ & reges voluerunt videre quæ  
 vos videtis, & non viderunt: & audi-  
 re quæ auditis, & non audierunt.

¶ *Proposuitur parabola de Samaritano.*  
 Luc. 10. CAP. LXXXI.

**E**T ecce quidam legisperitus sur-  
 rexit, tentans illum, & dicens: Ma-  
 gister, quid faciendo vitam æternam  
 possidebo? At ille dixit ad eum: In le-  
 ge quid scriptum est? quomodo legit  
 ille respondens dixit: Diliges domi-  
 num Deum tuum ex toto corde tuo,  
 & ex tota anima tua, & ex omnibus  
 viribus tuis, & ex omni mente tua, &  
 proximum tuum sicut teipsum. Di-  
 xitque illi: Rectè respondisti, hoc fac  
 & viues. Ille autem volens iustificari  
 seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est  
 meus proximus? Suscipiens autem Ie-  
 sus

sus dixit: Homo quidam descendebat  
 ab Hierusalem in Hiericho, & incidit  
 in latrones, qui etiam despoliauerunt  
 eum, & plagis impositis abierunt, se-  
 miuiuo relicto. Accidit autè vt sacer-  
 dos quidam descenderet eadem via, &  
 viso illo, præteriuit. Similiter & Le-  
 uita cum esset secus locum, & videret  
 eum, pertransiit. Samaritanus autem  
 quidam iter faciens venit secus eum,  
 & videns eum, misericordia motus est:  
 & appropians alligauit vulnera eius,  
 infundens oleum & vinum: & impo-  
 nens illum in iumentum suum duxit  
 in stabulum, & curam eius egit. Et al-  
 tera die protulit duos denarios, & de-  
 dit stabulario, & ait: Curam illius ha-  
 be, & quodcunque supererogaueris,  
 ego quum rediero, reddam tibi. Quis  
 horum trium videtur tibi proximus  
 fuisse illi qui incidit in latrones? At  
 ille dixit: Qui fecit misericordiam in  
 illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac  
 similiter.

¶ *Martha Dominum suscipit hospitio.*  
 Luc. 10. CAP. LXXXII.

**F**ACTUM est autem dum iret, & ipse  
 intrauit in quoddam castellum,  
 & mulier quædam Martha nomine,  
 excepit illum in domum suam, &  
 huic erat soror nomine Maria, quæ  
 etiam

etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium, quæ sterit: & ait: Domine, non est tibi curæ, quòd foror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuet. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

¶ *Docet orationis & modum & vim.*  
Luc. 11. CAP. LXXXIII.

A.6.41.

**E**T factum est, quòd esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Iohannes discipulos suos. Et ait illis: Cui oratis dicite, Pater sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducat in tentationem. Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes, quonia amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat: No-

li

si mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans, dico vobis: Et si non dabit illi surgens, ed quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si perierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?

A.7.43.

¶ *Reprehen sit præposteram phariseorum mundiciam.* Luca 11.

## CAPVT LXXXIII.

**E**T cum loqueretur rogauit illum quidam phariseus, vt pranderet apud se. Iesus autè ingressus recubuit. Phariseus autem cepit, intra se reputans, dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait Dominus

A.23.120.

ad

ad illum: Nunc vos pharisæi, quod de foris est calicis & catini, mundatis, quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod de foris est, etiã id quod deintus est fecit? Veruntamen quod superest, date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Sed vobis phariseis, quia decimatis mentam, & rutam, & omne olus, & prateritis iudicium & charitatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Væ vobis pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis, quia estis vt monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt. Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis. At ille ait: Et vobis legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tãgitis sarcinas. Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos, profectò testificamini quod consentitis operibus patrũ vestrorũ, quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorũ sepulchra. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas, & Apostolos, & ex

illis

illis occident, & persequentur, vt inquiratur sanguis omnium prophetarũ, qui effusus est à constitutione mundi à generatiõe ista, à sanguine Abel, vsq; ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Væ vobis legisperitis, quia tulistis clauẽ sciẽtiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Cũ autẽ hæc ad illos diceret, cœperunt pharisæi & legisperiti grauer insisterẽ, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.

¶ *Docet non timendam mortem corporis.*

*Luce 12. CAP. LXXXV.*

**M**ultis autem turbis circumstanti-  
bus, ita vt seinuicem conculca-  
rent, cœpit dicere ad discipulos suos:  
Attendite à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis. Nihil enim operum est quod nõ reueletur, neque absconditum quod non sciatur. Quoniã quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in testis. Di-  
co autem vobis amicis meis: Ne timeamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis, timete eum, qui postquam occide-

A.16.64.

B.8.64.

A.10.55.

B.4.51.

C.8.51.

A.10.55.

occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc time-  
te. Nonne quinque passeret vaneunt  
dipondio, & vnus ex illis non est in  
obliuione coram Deo? Sed & capilli  
capitis vestri omnes numerati sunt.  
Nolite ergo timere, multis passeribus  
pluris estis. Dico autē vobis, Omnis  
quicumque confessus fuerit me coram  
hominibus, & filius hominis cōfitebi-  
tur illum coram angelis Dei: qui au-  
tem negauerit me coram hominibus,  
negabitur coram angelis Dei. Et om-  
nis qui dicit verbum in filium homi-  
minis, remittetur illi: ei autem qui in  
Spiritu sancto blasphemauerit nō  
remittetur. Cū autē inducēt vos in  
synagogas, & ad magistratus, & pote-  
states, nolite solliciti esse qualiter, aut  
quid respōdeatis, aut quid dicatis: Spi-  
ritus enim sanctus docebit vos in ipsa  
hora, quid oporteat vos dicere.

¶ *Docet abiiciendam diuitiarum sollicitu-  
dinem. Lucæ 12.*

## CAPVT LXXXVI.

**A**It autē ei quidā de turba: Magi-  
ster, dic fratri meo, vt diuidat me  
cum hæreditatem. At ille dixit ei: Ho-  
mo, quis me constituit iudicem, aut di-  
uiforem super vos? Dixitq; ad illos:  
Videte

Videte & caueate ab omni avaritia, quā  
non in abundantia cuiusquā vitæ eius  
est ex his quæ possidet. Dixit autem  
similitudinem ad illos dicens, Homi-  
nis cuiusdam diuitis vberes fructus a-  
ger attulit, & cogitabat intra se, dicēs:  
Quid faciam, quia non habeo quo cō-  
gregem fructus meos? Et dixit, hoc fa-  
ciam. Destruam horrea mea, & maio-  
ra faciam, & illuc congregabo omnia  
quæ nata sunt mihi, & bona mea, &  
dicā animæ meæ: Anima, habes multa  
bona posita in annos plurimos, requie-  
sce, comede, bibe, epulare. Dixit autem  
illi Deus: Stulte, hac nocte animā tuā  
repetunt à te: quæ autem parasti, cuius  
erūt? Sic est qui sibi thesaurizat, & nō  
est in Deum diues. Dixitq; ad discipu-  
los suos: Ided dico vobis, Nolite sol-  
liciti esse animæ vestræ, quid māduce-  
tis, neq; corpori quid induamini. Ani-  
ma plus est quàm esca, & corpus plus  
quàm vestimentum. Considerate coruos,  
quia non seminant neque metūt, qui-  
bus non est cellarium, neq; horreum,  
& Deus pascit illos: quāto magis vos  
pluris estis illis? Quis autē vestrum co-  
gitando potest adijcere ad staturam  
suam cubitū vnum? Si ergo neq; quod  
minimum est potestis, quid de cæteris  
solliciti estis? Cōsiderate lilia, quomo-  
do crescunt, non laborant neque nent.

Dico

B. 8. 66.  
C. 9. 66.

A. 12. 49.  
B. 3. 49.

A. 10. 55.  
B. 13. 122.  
C. 21. 122.

A. 6. 42.



Dico autem vobis, Neque Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si ergo fœnum, quod hodie est in agro, & cras in ciborium mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos, pusillæ fidei? Et vos nolite querere, quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli, hæc enim omnia gentes mundi quarunt. Pater autem vester scit, quoniam his indigetis. Veruntamen querite primū regnum Dei, & hæc omnia adicientur vobis. Nolite timere pusill<sup>9</sup> greg, quia complacuit patri vestro, dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynā. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis, quò fur nō appropriat, neque tinea corrumpit: vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

*Docet officium fidelis serui erga venturam Dominum. Lucae 12.*

### CAPVT LXXXVII.

**S**int lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs, vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi quos, cum venerit Dominus, in-

uenient

uenient vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non finiret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora nō putatis filius hominis veniet. Ait autem ei Petrus: Domine ad nos dicis hæc parabolam, an ad omnes? Dixit autem Dominus: Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit dominus supra familiā suā, vt det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus, quem, cum venerit dominus, inuenerit ita faciētem, verè dico vobis, Quoniam supra omnia quæ possidet, constituet illū. Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, Mortuam faciet dominus meus venire, & cœperit percutere seruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari. Veniet dominus serui illius in die qua nō sperat, & hora qua nescit, & diuidet eū, partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & nō se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis: qui autē

A.24.124.

A.24.124.

K non

170 **CONCORDIA**  
 non cognouit, & fecit digna plagis,  
 vapulabit paucis. Omni autē cui mul-  
 tum datum est, multum quæretur ab  
 eo, & cui commendauerunt multum,  
 plus petēt ab eo. Ignem veni mittere  
 in terram, & quid volo, nisi vt accen-  
 datur? Baptismo autē habeo baptiza-  
 ri, & quomodo coarctor, vsque dum  
 perficiatur? Putatis quia pacem veni  
 dare in terram? Nō dico vobis, sed se-  
 parationem. Erūt enim ex hoc quin-  
 q; in domo vna diuisi, tres in duos,  
 & duo in tres: diuidentur pater in fi-  
 liū, & filius in patrem suum, mater in  
 filiam, & filia in matrē, focrus in nu-  
 rum suā, & nurus in focrum suam. Di-  
 cebat autē & ad turbas: Cūm videri-  
 tis nubē oriētem ab occasu, statim di-  
 citis, Nimbis venit, & ita fit: & quum  
 Austrum flantem, dicitis, Quia æstus  
 erit, & fit. Hypocritæ, faciē cœli & ter-  
 ræ nostis probare, hoc autem tempus  
 quomodo non probatis? Quid autem  
 & à vobis ipsis non iudicatis quod ius-  
 tum est? Quum autem vadis cum ad-  
 uersario tuo ad principem, in via da-  
 operam liberari ab illo, ne fortē tra-  
 hat te ad iudicem, & iudex tradat te  
 exactori, & exactor mittat te in car-  
 cerem. Dico tibi non exies inde do-  
 nec etiam nouissimum minutū red-  
 das.

A. 10. 35.

A. 16. 64.

A. 5. 40.

¶ *Docet penitentiam agendam ab Dei  
 patientiam.* Luce 13.

**CAPVT LXXXVIII.**

**A**Derant autem quidam ipso in  
 tempore, nuntiantes illi de Ga-  
 lilæis, quorum sanguinem Pilatus mi-  
 scuit cum sacrificijs eorum. Et respō-  
 dens dixit illis: Putatis quod hi Gali-  
 læi præ omnibus Galilæis peccatores  
 fuerint, quia talia passi sunt? Non di-  
 co vobis, sed nisi poenitentiam habue-  
 ritis, omnes similiter peribitis, sicut illi  
 decem & octo, supra quos cecidit tur-  
 ris in Siloë, & occidit eos, putatis quia  
 & ipsi debitores fuerint præter omnes  
 homines habitantes in Hierusalem?  
 Non dico vobis, sed si poenitentiam  
 non habueritis, omnes similiter peri-  
 bitis. Dicebat autem hanc similitudi-  
 nem: Arborem fici habebat quidam  
 plantatam in vinea sua, & venit quæ-  
 rens fructum in illā, & non inuenit.  
 Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce  
 anni tres sunt, ex quo venio, quærens  
 fructum in ficulnea hac, & non inue-  
 nio: succide ergo illā, vt quid etiā ter-  
 ram occupat? At ille respondens dicit  
 illi: Domine, dimitte illā & hoc anno,  
 vsquedum fodiā circa illā, & mittam  
 stercorem, & si quidem fecerit fructum:  
 sin autem, in futurum succides eam.

¶ *Sanatur mulier contracta. Luce 13.*

## CAPVT LXXXIX.

**E**Rat autem docens in synagoga eorum sabbathis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis an nis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbatho curasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari, in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbathi. Respondens autem ad illū Dominus, dixit: Hypocrita, vnusquisque vestrum sabbatho non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit ad aquam? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit satanas, ecce, decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbathi? Et quæ hæc diceret, erubescerant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebāt ab eo. Dicebat ergo: Cui simile est regnum Dei? & cui simile æstimabo illud? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in ortum suum, &

A. 13. 53.  
B. 4. 53.

& creuit, & factum est in arborē magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit: Cui simile æstimabo regnum Dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum. A. 13. 53.

¶ *Docet angustam esse viam regni cœlorum. Luce 13.*

## CAPVT XC.

**E**T ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalem. Ait autem illi quidam: Domine si pauci sunt qui saluantur? Ipse autē dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quarent intrare, & non poterunt. Quum autē intrauerit paterfamilias, & clauerit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine aperi nobis, & respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes operarij iniquitatis, ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abrahā, & Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab Oriente, & Occidente, &

A. 7. 43.

A. 8. 45.

A.19.100.

B.10.100.

A.20.101.

Aquilone, & Austro, & accumbet in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt nouissimi. In ipsa die accesserunt quidam pharisæorum dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Veruntamen oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare, quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quomodo volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat cum dicetis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

A.23.120.

¶ *Sanatur hydropticus in sabbatho. Luc.14.*

## CAPVT XCI.

**E**T factum est, cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & pharisæos, di-

cens:

cens: Si lice t sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbathi? Et non poterat ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicēs ad illos: Cū inuitatus fueris ad nuptias, non discubas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illū vocauit, dicat tibi: Da huc locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locū tenere: sed cū vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt quum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cū facis prandiū aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne fortè te & ipsi reuident, & fiat tibi retributio: sed quū facis conuiuū, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia nō habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorū.

A.23.120.  
C.18.99.

Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, & milit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam, rogo te habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nūciauit hæc domino suo. Tūc iratus paterfamiliās dixit seruo suo: Exi citò in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factū est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autē vobis, Quodd nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

¶ *Docet omnibus renuntiadum. Luca 14.*

## CAPVT XCII.

**I**Bant autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos: Si quis venit ad me & nō odit patrem suum, &

*A. 10. 55.*

& matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animā suā, nō potest meus esse discipul<sup>9</sup>. Et qui non bauulat crucē suā, & venit post me, nō potest meus esse discipul<sup>9</sup>. Quis enim ex vobis volēs turrim ædificare, non prius sedēs computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne posteaquam posuerit fundamentū, & non potuerit perficere, omnes qui vidēt incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal, si autem sal euauerit, in quo cōdierur? Neque in terram, neque in sterquilinum vtile est, sed forās mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

*A. 16. 66.  
B. 8. 66.  
C. 9. 66.*

*A. 5. 39.  
B. 9. 71.*

¶ *In seſto encœneorum eripit se lapidantium manibus. Iohannis 10.*

## CAPVT XCIII.

**F**Acta sunt autem encœnia in Hierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus dic nobis palam. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis, opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me: sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra: Quia ego dixi, Dij estis? Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura: quæ pater sanctificauit & misit in mundum,

**dum**, vos dicitis, Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis, quia pater in me est, & ego in patre. Quarebant ergo eum apprehendere, & exiit de manibus eorum. Et abiit iterum <sup>a</sup> & <sup>c</sup> venit in fines Iudeæ, <sup>† m</sup> trans Iordanem <sup>d</sup> in eum locum, ubi erat Iohannes baptizans primum, & mansit illic <sup>a</sup> & sequentes eum turbæ multæ, <sup>i</sup> & conueniunt iterum <sup>b</sup> turbæ ad eum, <sup>b</sup> & sicut consueuerat, iterum docebat eos, <sup>a</sup> & curauit eos ibi. <sup>d</sup> & dicebant, Quia Iohannes quidem signum fecit nullum: omnia autem quacumque dixit Iohannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

¶ *Propuntur parabola de oue, drachma, & filio perditis. Luca 15.*

## CAPVT XCIIII.

**E**Rant autem appropinquantes ei publicani & peccatores ut audirent illum: Et murmurabant pharisæi & scribæ dicentes: Quia hic peccatores recipit, & mæducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens: Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdidit vnâ ex illis, nonne dimittit no-

nagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam vnâ, nõne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat eam? Et quum inuenerit, conuocat amicas & vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis gaudium erit coràm angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies congregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione

regione illa, & ipse cœpit egere. Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos, & cupiebat implere ventrem suum de filiquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? ego autem hic fame pereor. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum, & coràm te, iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitque ei filius: Pater, peccaui in cœlum, & coràm te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius, & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro, & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam &

chorum, & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit patrem tuum vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, & volebat introire. Pater ergo illius egressus coepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo: Ecce tot annis seruiu tibi, & nunquam maledatum tuum præterui, & nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.

¶ *Parabola de villico iniquo. Luc. 16.*

CAPVT XCIV.

**D**icebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te: redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se:

se: Quid faciam, quia dominus meus auferet à me villicationem? Sodere non valeo, mendicare erubescio. Scio quid faciam, vt cum amatorum fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Ceterum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede, citò scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Ceterum coros tritici. Ait ille: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? Nemo seruus potest

A-6.42

duobus dominis seruire. Aut enim vnus odiet, & alterum diliger: aut vni adheret, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Audiebant



bant autem omnia hæc pharisæi, qui erant avari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus. Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum, Lex & prophetæ vsque ad Iohannem, ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Facilius est autem cælum & terram prætereire, quàm de lege vnum apicem cadere.

¶ *Differit de matrimonij indissolubilitate.*  
Matt. 19. Mar. 10. Luc. 16.

## CAPVT XCVI.

† b. *accedētes.* **E**t T† accesserunt<sup>a</sup> ad eum<sup>e</sup> pharisæi, [ & ]<sup>b</sup> interrogabant eum<sup>e</sup> tentantes eum,<sup>a</sup> & dicentes: E si licet † viro<sup>o</sup> dimittere vxorem<sup>a</sup> suam quacunq; ex causa<sup>o</sup> †? **E**t ille<sup>o</sup> respondens || dixit eis<sup>o</sup>:<sup>b</sup> Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudij dare, & dimittere. Quibus respōdens Iesus, ait: Non legistis, quia qui fecit ab initio<sup>e</sup> masculum & foeminam, fecit eos<sup>b</sup> Deus?<sup>a</sup> Et dixit<sup>e</sup> propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit † vxori suæ, & erūt duo in carne vna. Itaque iam nō sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit

iunxit homo nō separet.<sup>a</sup> Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, & dimittere? Ait illis: *Post dicitur nē creatura sequitur a-* Quoniam Moyses<sup>e</sup> ad duritiam cordis vestri<sup>b</sup> scripsit vobis præceptum istud [ & ]<sup>a</sup> permisit vobis dimittere *que primo sunt posita,* vxores vestras: <sup>a</sup> ab initio autē<sup>b</sup> creaturæ<sup>a</sup> non fuit sic. Dico autem vobis, *à dictione quia* † quicumque dimiserit<sup>b</sup> vxorem suam, <sup>a</sup> nisi ob fornicationē: <sup>e</sup> & *que non se-* † aliam duxerit<sup>o</sup>, mœchatur: & qui *parat* dimissam<sup>c</sup> à viro, † † duxerit<sup>o</sup>, mœchatur. *† c. omnis* **E**t in domo iterū discipuli eius *qui dimittit* de eodem interrogabant eum, & ait *|| c. alterū* illis: Quicumque dimiserit vxorem suā *ducit* & aliam duxerit, adulterium committit super eam: & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. <sup>a</sup> Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Nō omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi qui seipfos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.

¶ *Parabola de diuite epulone proponitur.* Luce 16.

## CAPVT XCVII.

Homo

† nec enim vides in faciē hominū  
sed in veritate viā Dei docēs. a Dic  
ergo nobis quid tibi videtur? † licet  
nobis ▷ tributum dare Cæsari, an  
non b dabimus? a Cognita autem Ie-  
sus nequitia eorum, \* b sciens verſu-  
tiam illorum, [ & ] c considerans \* do-  
lum illorum, || i ait h illis: † Quid me-  
tentatis a hypocritæ? b Afferte, † oſte-  
dite † mihi b denarium a numisma cē-  
sus, b vt videam. e At illi obtulerunt ei  
a denarium. e Et ait illis a Iesus: † Cu-  
ius † est imago hæc & ▷ inſcriptio?  
c Respondentes || i dixerunt ei: Cæsari-  
s. b Respondens autem Iesus, a tunc  
† i ait illis: Reddite ▷ ergo? quæ sunt  
Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo,  
e Et a audientes || e mirati sunt b ſu-  
per eo, c & non potuerunt verbum  
eius reprehendere corām plebe, & mi-  
rati in reſponſo eius tacuerunt. a Et  
reliçto eo abierunt.

¶ Soluitur Sadducæorum quæſtio contra  
reſurrectionem. Matthæi 21.

Marci 12. Lucæ 20.

C A P V T C X V I I .

I n illo die f acceſſerunt b & vent-  
runt \* e ad eum † i quidam Saddu-  
cæorum, qui ▷ dicunt non eſſe reſur-  
rectionem, & || interrogauerunt eum  
dicentes: Magiſter, Moyſes † ſcripſit

h nobis: † Si a quis || h frater alicuius  
I mortuus fuerit e habens vxorē, b &  
dimiſerit vxorem, h & ▷ i filios non  
reliquerit, vt accipiat \* frater eius vxorē  
e illius, † i & || ſuſcitet ſemen fra-  
tri ſuo . Septem † ergo? fratres erant  
a apud nos, † i & primus h accepit vxorē,  
& a vxore ducta, ▷ i mortuus eſt,  
|| h non relicto ſemine. a Et non ha-  
bens ſemē reliquit vxorem ſuam fra-  
tri ſuo. h Et a ſimiliter † i ſecundus  
h accepit eam, & e ipſe h mortuus eſt,  
▷ & nec iſte reliquit ſemen. † i Et tertius  
b ſimiliter c accepit illam. b Et ac-  
ceperunt eam h ſimiliter c & oēs || vſ-  
que ad ſeptimum h & non reliquerunt  
ſemen, c & mortui ſunt. † i Nouiſſi-  
mē a autē † omnium ▷ defuncta eſt  
& mulier . In reſurrectione ergo h cūm  
reſurrexerint, † i cuius || de h his a ſep-  
tē i erit vxor? a omnes † i enim ſeptem  
habuerunt eam h vxorem. Et e reſpō-  
dens † i Ieſus ait illis. b Nōne ideo e er-  
ratis, ▷ non ſciētes ſcripturas, neque  
virtutem Dei? c Filij huius ſeculi nu-  
bunt, & traduntur ad nuptias, illi ve-  
rò qui digni habebuntur ſeculo illo, &  
reſurrectione ex mortuis, neque nu-  
bent, neque ducunt vxores. || a In re-  
ſurrectione e enim b cūm a mortuis  
reſurrexerint, e neq; nubent, neque nu-  
bentur, c neque vltra mori poterunt

|| b. o. cuius  
frater  
▷ a. non ha-  
bens filium  
c. hic ſine li-  
beris fuerit  
\* c. eā || b.  
o. reſuſcitet  
† a. autem  
▷ a. defun-  
ctus  
|| c. ſine filiis  
† c. o. ſe-  
quens  
▷ c. ſine fi-  
lio  
|| h. ſeptem  
† b. nouiſ-  
ſima  
▷ c. o. mor-  
tua  
|| c. o. eorū  
† b. ſeptē e-  
nim. c. ſiqui-  
dem ſeptē  
▷ a. o. ne-  
ſcientes

|| b. Cūm  
enim

†<sup>c</sup>. *equales enim angelis sunt* †<sup>l</sup> sed sunt sicut angeli<sup>e</sup> Dei in ▷ *coelo*,<sup>c</sup> & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. <sup>c</sup> De || resurrectione autē mortuorum<sup>†</sup> †<sup>h</sup> quod<sup>d</sup> resurgat<sup>e</sup> mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit, Dominum Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. <sup>e</sup> Nō legistis<sup>b</sup> in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit illi Deus, inquit <sup>a</sup> quod dictum est à Deo, dicente vobis: <sup>e</sup> Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? †<sup>l</sup> Deus autem non est<sup>†</sup> mortuorum sed ▷ *viuorū*,<sup>c</sup> omnes enim viuunt ei. <sup>b</sup> Vos ergo multum erratis. <sup>c</sup> Respondentes autem quidam scribarum dixerunt ei: Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. <sup>a</sup> Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius.

†<sup>c</sup>. *Non est Deus*  
▷ <sup>a</sup>. *o. uidentium*

¶ *Soluitur questio phariseorum de maxima mandato. Mat. 22. Marci 12.*

## CAPVT CXVIII.

**P**<sup>a</sup> Harisæi autem audientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum: <sup>c</sup> & <sup>b</sup> accessit vnus de scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam benè illis responderit, <sup>c</sup> interrogauit eum <sup>a</sup> vnus ex eis legisdoctor<sup>b</sup> quod esset primum omnium mandatum, <sup>a</sup> ten-

tans

tans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? †<sup>e</sup> Iesus autem †<sup>a</sup>. *ait illi Iesus* respondit ei,<sup>b</sup> Quia primum omnium mandatum est: Audi Israël, Dominus Deus tuus Deus vnus est, & <sup>e</sup> diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ▷ *ex tora anima tua*, & || *ex tota mente tua*, <sup>b</sup> & ex tota virtute tua. <sup>c</sup> Hoc est <sup>a</sup> maximum, & <sup>e</sup> primum mandatum. Secundū autem simile est †<sup>h</sup> uic<sup>e</sup>: Diliges proximū tuū ▷ *sicut teipsum*.<sup>b</sup> Maius horum aliud mandatum non est. [Et] <sup>a</sup> in his duobus mandatis vnuerſa lex pendet & propheta. <sup>b</sup> At ait illi scriba: Bene magister in veritate dixisti, Quia vnus est Deus, & non est alius præter eum, & vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximū tantum seipsum, maius est omnibus locustomatibus & sacrificijs. Iesus autē videns quòd sapienter respondisset, dixit illi: Nō es longè à regno Dei: & nemo iam audebat eum interrogare.

†<sup>a</sup>. *ait illi Iesus*

▷ <sup>a</sup>. *in*  
|| <sup>a</sup>. *in*  
† <sup>b</sup>. *illi*  
▷ <sup>b</sup>. *o. tanquam*

¶ *Questio proponitur de Christo, cuius filius sit. Matthæi 22. Marci 12. Lucæ 20. CAP. CXIX.*

**C**<sup>a</sup> Ongregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo?

M 5 cuius

†<sup>a</sup>. ait illis  
c. dixit autē  
†<sup>c</sup>. David  
ergo domi-  
nion illum  
vocat  
▷<sup>b</sup>. vnde  
cuius filius est? Dicunt ei: Dauid.<sup>b</sup> Et  
respondens Iesus †<sup>l</sup> dicebat<sup>f</sup> ad illos<sup>b</sup>  
docens in templo: h Quomodo di-  
cunt<sup>b</sup> scribæ<sup>h</sup> Christum filium esse  
Dauid? <sup>a</sup> Quomodo ergo Dauid in  
spiritu vocat eum Dominum, <sup>c</sup> &  
h ipse<sup>b</sup> enim<sup>h</sup> Dauid dicit<sup>b</sup> in Spiri-  
tus sancto <sup>c</sup> in libro psalmorum <sup>a</sup> dicēs,  
† Dixit Dominus Domino meo, sede  
à dextris meis, donec ponam inimicos  
tuos scabellum pedum tuorum. <sup>b</sup> Ipse  
†<sup>h</sup> ergo Dauid dicit illum Domi-  
num<sup>a</sup>, <sup>a</sup> si ergo Dauid vocat eum Domi-  
num<sup>h</sup>, <sup>h</sup> & ▷<sup>l</sup> quomodo<sup>f</sup> filius eius  
est? <sup>a</sup> & nemo poterat ei respondere  
verbum, neq; ausus fuit quisquam ex  
illa die eum amplius interrogare, <sup>b</sup> &  
multa turba eum libenter audiuit.

¶ Docet audiendos & cauendos scribas.  
Matt. 23. Mar. 12. Luc. 20.

## CAPVT CXX.

†<sup>c</sup>. audien-  
te autem po-  
pulo dixit  
discipulis  
suis  
C. 11. 84.  
†<sup>a</sup> Vnc Iesus † loquit<sup>9</sup> est ad tur-  
bas, & ad discipulos suos<sup>b</sup>, <sup>b</sup> &  
dicebat eis in doctrina sua, <sup>a</sup> di-  
cens: Super cathedram Moysi sederūt  
scribæ & pharisæi. Omnia ergo qua-  
cunque dixerint vobis seruate & fa-  
cite, secundum opera verò eorum nolite  
facere, dicunt enim, & non faciunt  
¶ Alligant enim onera grauiā, & im-  
portabilia, & imponunt in humeros ho-

hominū, digito autem suo nolunt ea  
mouere. Omnia verò opera sua faciūt,  
vt videantur ab hominibus. Dilatant  
enim philacteria sua, & magnificant  
fimbrias. Amant autem primos recu-  
bitus in cœnis, & primas cathedras in  
synagogis, & salutationes in foro, &  
vocari ab hominibus rabbi. Vos au-  
tem nolite vocari rabbi, vnus est enim  
magister vester: omnes autem vos fra-  
tres estis. Et patrem nolite vocare vo-  
bis super terram, vnus est enim pater  
vester qui in cœlis est, nec vocemini  
magistri, quia magister vester vnus est  
Christus. Qui maior est vestrum, erit  
minister vester. Qui autem se exalta-  
uerit, humiliabitur: & qui se humilia-  
uerit, exaltabitur. †<sup>h</sup> cauetē<sup>a</sup> à scribis,  
qui volunt ambulare in stolis, & <sup>a</sup> a-  
māt ▷<sup>h</sup> salutationes<sup>9</sup> in foro, & || pri-  
mas cathedras<sup>9</sup> in synagogis, & pri-  
mos discubitus in † cœnis, qui deuo-  
rant domos viduarum, ▷ simulantēs  
longam orationem<sup>9</sup>, hi accipient || dā-  
nationem maiorem<sup>9</sup>. <sup>a</sup> Væ autem  
vobis scribæ & pharisæi hypocrita,  
quia clauditis regnum cœlorum ante  
homines, vos enim non intratis, nec  
introeuntes finitis intrare. Væ vobis  
scribæ & pharisæi hypocrita; quia come-  
ditis domos viduarū, lōgas orationes  
orantes, propter hoc amplius accipie-

†<sup>c</sup>. attēditē  
▷<sup>b</sup>. o. false  
tari  
||<sup>b</sup>. o. in pri-  
mis cathe-  
dris sedere  
†<sup>b</sup>. o. comis  
uis  
▷<sup>b</sup>. o. sub  
obteu pro-  
lixæ oratio-  
nis  
||<sup>b</sup>. o. proli-  
xius iudi-  
cium

C. 11. 84.

tis iudicium. Væ vobis scribæ & pharisaei hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum profelytum, & quum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicumque iurauerit per templum, nihil est, qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti & cæci, quid enim maius est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum? Et quicumque iurauerit in altari, nihil est: quicumque autem iurauerit in dono quod est super illud, debet. Cæci, quid enim maius est, donum, an altare, quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt: & quicumque iurauerit in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipso: & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. || Væ vobis scribæ & pharisaei hypocritæ, quia decimatis mentam, & anethum, & cuminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutiètes. Væ vobis scribæ & pharisaei hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia. Pharisaee

cæce,

cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat id quod de foris est mundum. Væ vobis scribæ & pharisaei hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parèt hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorū, & omni spurcicia, sic & vos à foris quidem parētis hominibus iusti, intus autē pleni estis hypocriti & iniquitate. Væ vobis scribæ & pharisaei hypocritæ, quia ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis, si fuissetus in diebus patrum nostrorū, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo, ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariae filij Barachie, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, Venient hæc omnia super generationē istam.

M 7 Hie-

|| Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te mitsi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, Nō me videbitis amodò, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

¶ *Præfertur oblatio viduæ. Mar. 12. Lucæ 21. CAP. CXXI.*

**E**<sup>b</sup> T sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi diuites iactabāt multa. <sup>c</sup> Respiciens autem vidit eos, qui mittebāt munera sua in gazophylacium diuites. <sup>b</sup> Cūm venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. <sup>c</sup> Vidit autem & quandam viduam pauperulam mittentem æraminuta duo. <sup>h</sup> Et <sup>b</sup> conuocans suos discipulos <sup>†</sup> h ait <sup>b</sup> illis: <sup>▷</sup> <sup>h</sup> Amē dico vobis, || Quoniam vidua hæc pauper plus <sup>†</sup> omnibus misit <sup>b</sup> qui miserunt in gazophylacium: <sup>▷</sup> <sup>h</sup> omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt <sup>c</sup> in munera Dei, <sup>h</sup> hæc autem || de penuria sua, omnia quæ habuit misit, totum victum suum.

† <sup>c</sup>. dixit  
▷ <sup>c</sup>. verè  
|| <sup>c</sup>. o. quia  
† <sup>c</sup>. o. quam omnes  
▷ <sup>c</sup>. nam omnes h<sup>i</sup> ex abundanti sibi  
|| <sup>c</sup>. ex eo quod deest illi oem vidit suū quæ habuit misit

¶ *Prædicitur eversio templi & Hierusalem. Mat. 24. Mar. 13. Luc. 21.*

## CAPVT CXXII.

**E**<sup>a</sup> T egressus Iesus de templo, ibat. <sup>c</sup> Et <sup>b</sup> cūm egredereetur de templo, <sup>a</sup> accefferunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templo [ & ] <sup>b</sup> ait illi vnus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides, & quales structura: <sup>h</sup> & <sup>c</sup> quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus & donis ornatum esset, <sup>✕</sup> respondens <sup>b</sup> Iesus <sup>†</sup> dixit <sup>c</sup> illis: Videtis <sup>a</sup> hæc omnia, <sup>b</sup> has omnes magnas ædificationes, <sup>a</sup> Amen dico vobis, <sup>c</sup> hæc quæ videtis, venient dies in quibus <sup>l</sup> non relinquetur <sup>a</sup> hīc <sup>l</sup> lapis super lapidem qui nō destruetur. <sup>▷</sup> <sup>c</sup> Sedente autem eo super montem Oliueti <sup>b</sup> contra templum, <sup>a</sup> accefferunt ad eum discipuli secretò [ & ] || <sup>h</sup> interrogabant eum, || <sup>c</sup>. interrogauerūt autem illum <sup>†</sup> <sup>b</sup>. o. ista <sup>h</sup> & quod signum <sup>b</sup> erit <sup>▷</sup> <sup>h</sup> quando <sup>c</sup> fient <sup>b</sup> hæc omnia <sup>c</sup> fieri <sup>h</sup> incipient, [ & ] <sup>▷</sup> <sup>c</sup>. o. cum <sup>b</sup> consummari, <sup>a</sup> & quod signum aduentus tui, & cōsummationis seculi? || <sup>c</sup>. qui dixit illis: Videte ne <sup>▷</sup> <sup>q</sup>s vos seducat. <sup>▷</sup> <sup>c</sup>. seducati enim veniet in nomine meo, dicentes,

✕ <sup>a</sup>. ipse autē  
† <sup>b</sup>. ait illis:  
Vides

▷ <sup>b</sup>. o. Et cū sederet in monte oliuarum

|| <sup>c</sup>. qui dixit illis: Videte ne <sup>▷</sup> <sup>q</sup>s vos seducat. <sup>▷</sup> <sup>c</sup>. seducati enim veniet in nomine meo, dicentes,





co sancto<sup>e</sup> ( qui legit intelligat )<sup>1</sup> tūc  
 qui in Iudæa sunt fugiant || ad<sup>2</sup> mon-  
 tes,<sup>c</sup> & qui in medio eius, discedant,  
 & qui in regionibus, non intrent in  
 eam:<sup>e</sup> & qui † super tectum, ne<sup>2</sup> descē-  
 dat<sup>b</sup> in domum, nec introeat ▷ vt tol-  
 lat, quid<sup>2</sup> de domo sua: & qui in agro  
 b erit,<sup>e</sup> non reuertatur<sup>b</sup> retrò: tol-  
 lere || vestimentum suum,<sup>c</sup> quia dies  
 ultionis hi sunt, vt impleantur omnia  
 quæ scripta sunt.<sup>1</sup> Vt autem pregnā-  
 tibus, & nutricibus in illis diebus,  
<sup>c</sup> Orate autem<sup>b</sup> vt hyeme non fiant,  
<sup>a</sup> vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel  
 sabbatho.<sup>c</sup> Erīt enim pressūra magna  
 super terrā, & ira populo huic. † Er-  
 runt enim dies illi tribulationes tales  
 quales non fuerunt ab initio creatu-  
 ræ,<sup>b</sup> quam condidit Deus, <sup>e</sup> vsq; nūc,  
 neque fient.<sup>c</sup> Et cadent in ore gladij,  
 & captiui ducentur in omnes gentes,  
 & Hierusalem calcabitur à gentibus,  
 donec impleantur tempora nationū.  
<sup>e</sup> Et nisi || breuiasset Dominus dies,  
 non fuisset<sup>2</sup> salua omnis caro: sed pro-  
 pter electos<sup>b</sup> quos elegit, ▷ breui-  
 uit dies.

¶ Predictur aduentus filij hominis, &  
 signa eius. Mathæi 24.  
 Marci 13. Luc. 17 & 21.

CAPVT CXXXIII.

**E**<sup>b</sup> T sic fi quis vobis dixerit: Ecce<sup>c. 17.</sup>  
 hic est Christus, <sup>a</sup> aut <sup>b</sup> ecce † <sup>a. o. nolite</sup>  
<sup>e</sup> illic, † ne credideritis. <sup>c</sup> Et ait ad di-  
 scipulos suos: Venient dies, quando  
 desideretis videre vnum diem filij ho-  
 minis, & non videbitis. Et dicent vo-  
 bis: Ecce hīc, & ecce illic, nolite ire, ne-  
 q; sectemini. ▷ Exurgēt enim pseu-  
 dochristi & pseudoprophetae, & da-  
 būt signa<sup>a</sup> magna<sup>e</sup> & || prodigia<sup>a</sup>, ita  
 † vt in errorem inducantur (si fieri po-  
 test) etiam electi.<sup>b</sup> Vos ergo videte,  
<sup>e</sup> ecce prædixi vobis: Ecce in deserto est,  
 nolite exire: ecce in penetralibus, no-  
 lite credere. † Sicut enim fulgur<sup>a</sup> exit  
 ab Oriente, & patet vsque in Occide-  
 tē, <sup>c</sup> [ & ] coruscans de sub cœlo, in ea  
 quæ sub cœlo sunt fulget, <sup>f</sup> ita erit  
 ▷ & aduētus filij hominis.<sup>a</sup> Vbiq; <sup>b</sup>  
 fuerit corpus, illuc cōgregabuntur &  
 aquilæ. <sup>c</sup> Primum aut oportet illum  
 multa pati, & reprobari à generatione  
 hac.<sup>b</sup> sed in illis dieb<sup>2</sup> a statim \* e post  
 tribulationē || dierum illorū \* e erunt  
 signa in Sole, & luna, & stellis, & in  
 terris pressura gentiū præ confusione  
 sonitus maris & fluctuum, arescenti-  
 bus hominibus præ timore & expe-  
 ctatione quæ superueniēt vniuerso or-  
 bi. Nā<sup>e</sup> Sol † obscurabitur, & luna  
 nō dabit ▷ splendorem<sup>2</sup> suū, & stellæ  
 cœli

|| b. in

† a. o. in te

Et, non

▷ a. o. tolle  
re aliquid

|| a. o. tunicā  
suam

† a. Erit e-  
nim tūc tri-  
bulatio ma-  
gna, qualis  
non fuit ab  
initio mūdi  
vsque mo-  
dō, nec fiet.  
|| a. breuiati  
fuisse dies  
illi, nō fieret  
▷ a. breuia-  
būtur dies  
illi

▷ a. o. sur-  
gent

|| b. o. por-  
tenta

† b. o. ad se-  
ducēdos (si  
fieri potest)

etiā electos

† c. o. Nam  
sicut

▷ c. filij ho-  
minis iudici  
sua

\* autem

|| b. illam.

\* &  
C. 21.

† b. o. obte-  
nebrabitur

▷ a. o. lumē  
cœli

|| a. o. cadet <sup>b</sup> coeli || <sup>e</sup> erunt decedentes <sup>a</sup> de coelo,  
 † f. caelorum & <sup>l</sup> virtutes † quae in caelis sunt ▷ mo-  
 ▷ a. o. com uebuntur, & tunc <sup>a</sup> parebit signum  
 mouebuntur filij hominis in caelo, & tunc planget  
 || c. nube omnes tribus terrae, & <sup>l</sup> videbunt filium  
 † c. o. pote hominis uenientem in || nubibus <sup>a</sup> cae-  
 state ma- li <sup>l</sup> cum † uirtute multa, & ▷ maie-  
 gna state. <sup>e</sup> Et <sup>b</sup> ruc <sup>e</sup> mittet angelos suos  
 ▷ b. o. glo- a cum tuba & uoce magna, <sup>e</sup> & con-  
 ria gregabunt electos eius a quatuor ven-  
 tis, <sup>b</sup> a summo terrae usque ad summum  
 caeli, [ & ] <sup>a</sup> a summis caelorum usque  
 ad terminos eorum. <sup>c</sup> His autem fieri  
 incipientibus, respicite, & leuate capi-  
 ta uestra, quoniam appropinquat re-  
 demptio uestra. Et dixit illis similitu-  
 dinem. <sup>e</sup> Ab arbore autem fici discite  
 † b. o. cog- parabolam. <sup>c</sup> Videre ficulneam & om-  
 noscitis, qui a in proximo nes arbores, <sup>e</sup> cum iam ramus eius te-  
 mo ner fuerit, & <sup>f</sup> nata <sup>b</sup> fuerint <sup>e</sup> folia  
 ▷ b. o. quod [ & ] <sup>c</sup> cum producant iam ex se fru-  
 in proximo ctum, † <sup>l</sup> scitis quia prope est aestas.  
 fit in ostiis Ita & uos cum uideritis haec <sup>a</sup> omnia  
 || b. o. quo- h fieri, <sup>l</sup> scitote ▷ quia prope est <sup>e</sup> in ia-  
 niam non nuis <sup>c</sup> regnum Dei. <sup>l</sup> Amen dico uo-  
 transibit bis, || Quia non praeteribit generatio  
 † b. o. ista haec, donec † <sup>e</sup> omnia haec fuerint. Cae-  
 ▷ a. o. pra- lum & terra transibunt, uerba autem  
 teribunt mea non ▷ transibunt. <sup>e</sup> De die autem  
 || b. o. illo || illa & hora, nemo scit, neque ange-  
 uel li † caelorum, <sup>b</sup> neque filius, <sup>e</sup> nisi <sup>a</sup> so-  
 † b. in caelo lus <sup>e</sup> pater.

¶ Docet quomodo ad aduentum suum nos  
 parare debeamus. Matthei 24.  
 Marc. 13. Luc. 17. 18. 21.

## CAPVT CXXIII.

**A** <sup>c</sup> Tendite autem uobis, ne for-  
 te grauentur corda uestra in cra-  
 pula, & ebrietate, & curis huius uitae,  
 & superueniat in uos repentina dies  
 illa, tanquam laqueus enim superue-  
 niat in omnes, qui sedent super faciem  
 omnis terrae: & <sup>f</sup> sicut <sup>c</sup> factum est <sup>f</sup> in  
 diebus Noë, ita erit & † in diebus <sup>f</sup> fi-  
 lij hominis: <sup>a</sup> sicut enim erant in die-  
 bus ante diluuium ▷ <sup>f</sup> comedentes, & <sup>c</sup> 17.  
 bibentes, nubentes, & nuptui traden-  
 tes || usque ad eum diem quomodo intra-  
 uit Noë in arcam, & <sup>a</sup> non cognoue-  
 runt donec <sup>f</sup> uenit diluuium, & † per-  
 didit omnes, <sup>a</sup> ita erit aduentus filij  
 hominis: <sup>c</sup> similiter sicut factum est in  
 diebus Lot, edebant & bibebant, eme-  
 bant & uendebant, platabant & aedi-  
 ficabant: qua die autem exiit Lot a  
 Sodomis, pluit ignem & sulphur de  
 caelo, & omnes perdidit: secundum  
 haec erit qua die filius hominis reue-  
 labitur. In illa hora qui fuerit in tecto,  
 & uasa eius in domo, ne descendat tol-  
 lere illa: & qui in agro, similiter non  
 leat retrorsum. memores estote uxoris  
 Lot, Quicumque quaesierit animam  
 suam

▷ *a. duo erunt in agro vnus assumetur & vnus relinquetur. duae molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur. duo in lecto vnus assumetur. & vnus relinquetur.*

C. 21.

|| *c. itaque ¶ a. quia ne scitis*

suam saluam facere, perdet illam: & quicumque perdidit illam, viuificabit eam. Dico vobis, <sup>a</sup> Tunc <sup>c</sup> in illa nocte ▷ <sup>f</sup> erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur: duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur, <sup>c</sup> Respondentes dicunt illi: Vbi Domine! Qui dixit illis: Vbi cunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. <sup>b</sup> Videte, <sup>l</sup> vigilate || <sup>f</sup> ergo <sup>b</sup> & orate, <sup>c</sup> omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filiū hominis. <sup>†</sup> <sup>c</sup> Nescitis enim <sup>b</sup> quando tempus sit [ & ] <sup>a</sup> qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, Quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non fineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia quæ nescitis hora filius hominis venturus est. <sup>b</sup> Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. <sup>a</sup> Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus supra familiam suam, vt det illis cibum in tempore? **Beatus ille seruus, quem, cum ven-**

rit

rit Dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, Quoniam super omnia bona sua cõstituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire, & cõperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibit cum ebriosis, veniet dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & stridor dentium. <sup>b</sup> Vigilate ergo (nescitis enim quando dominus domus veniat, serò, an media nocte, an gallicantu, an mane) ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate. Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerbatur, vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Esti Deum non timeo, nec hominem reuerereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimis veniens sugillet me. Ait autem Dominus:

Audite

Audite quid iudex iniquitatis dicit: Deus autem nō faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patiētiam habebit in illis. Dico vobis, Quia citō faciet vindictā illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra!

¶ *Parabola de decem virginibus. Mat. 25.*

## CAPVT CXXXV.

**T**Vnc simile erit regnum cœlorū decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes, sed quinque fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secū. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autē faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponfus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forē nō sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit spon-

sufus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.

¶ *Parabola de distributis talentis. Mat. 25.*

## CAPVT CXXXVI.

**S**icut enim homo peregrè proficiens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutē, & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum verò temporis, venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedēs qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa

te constituam, intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparisti, & timens abij & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quod meto ubi non semino, & congrego ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta: omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium.

¶ *Modum aperit indicandi in nouissimo iudicio.*      *Matthæi 25.*

CAPVT CXXVII.

Cum

Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis: & statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tunc dicit rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esuriem, & pauimus? sitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex dicit illis: Amen dico vobis, Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit & his qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis

N 2 mihi

244 CONCORDIA

mihi potum: hospes eram, & non col-  
legistis me: nudus, & non operuistis  
me: infirmus, & in carcere, & non vi-  
sistis me. Tunc respondebunt ei, &  
ipsi dicentes: Domine, quando te vi-  
dimus esurientem, aut sitientem, aut  
hospitem, aut nudum, aut infirmum,  
aut in carcere, & non ministrauimus  
tibi? Tunc respondebit illis, dicens:  
Amen dico vobis, Quamdiu non fe-  
cistis vni de minoribus his, nec mihi  
fecistis. Et ibunt hi in supplicium eter-  
num. Iusti autem in vitam eternam.

**C. 21.** <sup>c</sup> Erat autem diebus docens in templo,  
noctibus vero exiens morabatur in  
monte qui vocatur Oliueti. Et omnis  
populus manebat ad eum in templo  
audire eum.

¶ *Pacificatur Iudas cum Iudeis.* Mat. 26.  
Marci 14. Lucae 22.

CAPVT CXXVIII.

**A**<sup>c</sup> Ppropinquabat autem dies fe-  
stus azymorum, qui dicitur Pa-  
scha. <sup>b</sup> Erat autem pascha & azyma  
post biduum. <sup>a</sup> Et factum est, cum  
consummasset Iesus sermones hos om-  
nes, dixit discipulis suis: Scitis, qui  
post biduum pascha fiet, & filius ho-  
minis tradetur vt crucifigatur. Tunc  
cogregati sunt principes sacerdotum,  
& seniores populi, in atrium principis  
sacer-

EVANGELICA. 245

sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, &  
consilium fecerunt, vt Iesum dolo te-  
nerent, & occiderent. <sup>h</sup> Et querebant  
† summi sacerdotes<sup>o</sup> & scribae, quomo-  
do eum <sup>b</sup> dolo teneret, & <sup>h</sup> occide-  
rent<sup>c</sup>, timebant vero plebem, <sup>e</sup> dice-  
bant autem, Non in die festo, ne forte  
tumultus fieret in populo. <sup>c</sup> Intrauit  
autem satanas in Iudam, qui cogno-  
minabatur Iscariotes, vnum de duo-  
decim, <sup>h</sup> & <sup>a</sup> tunc <sup>l</sup> abiit || <sup>e</sup> vnus de  
duodecim qui dicebatur Iudas Isca-  
riotes<sup>o</sup>, ad principes sacerdotum <sup>b</sup> vt  
proderet eum illis, <sup>c</sup> & locutus est cum  
principibus sacerdotum & magistra-  
tibus, quemadmodum illum traderet  
eis. <sup>a</sup> Et ait illis: Quid vultis mihi da-  
re, & ego vobis eum tradam? † At <sup>e</sup> il-  
li<sup>b</sup> audientes, <sup>a</sup> constituerunt ei tri-  
ginta argenteos. <sup>c</sup> Et <sup>h</sup> gauisi sunt, &  
▷ promiserunt ei pecuniam se datu-  
ros. <sup>c</sup> Et spopodit, <sup>l</sup> & <sup>a</sup> exinde <sup>l</sup> que-  
rebat <sup>f</sup> oportunitatem <sup>b</sup> quomodo o-  
portunè \* <sup>l</sup> traderet illū <sup>c</sup> sine turbis. \* <sup>f</sup>, vt

¶ *Paratur agnus paschalis.* Mat. 26.  
Marci 14. Lucae 22.

CAPVT CXXIX.

**V**<sup>c</sup> Enit autem dies azymorum, in <sup>† a</sup> prima  
qua necesse erat occidi pascha: <sup>autem</sup>  
<sup>h</sup> & <sup>† e</sup> primo die azymorum, <sup>b</sup> quando  
pascha immolabatur, <sup>c</sup> misit Petrum &

## 346 CONCORDIA

▷ <sup>a</sup>. dicētes  
 b. dicunt ei  
 discipuli  
 || f. o. vbi  
 \* Et  
 † b. dicit eis

▷ c. o. am-  
 phoram  
 || c. o. portās  
 † a. et.

c. o. domino  
 domus

▷ b. o. refe-  
 ctio mea

|| c. o. osten-  
 det vobis

† c. o. ma-  
 gnum

▷ c. o. ibi

|| c. Euntes  
 autem

† c. dixit

▷ a. discū-  
 bebat cum  
 duodecim  
 discipulis

suis

Iohannem dicens: Euntes parate no-  
 bis pascha, vt manducemus. <sup>a</sup> Accesserunt discipuli ad Iesum. ▷ <sup>1</sup> At illi dixerunt <sup>b</sup> ei: || <sup>1</sup> Quod vis <sup>b</sup> camus & <sup>1</sup> paremus <sup>c</sup> tibi vt manduces pascha? <sup>a</sup> At Iesus \* <sup>b</sup> mittit duos ex discipulis suis, <sup>h</sup> & <sup>† 1</sup> dixit <sup>h</sup> ad eos: <sup>c</sup> Ite in ciuitatem <sup>a</sup> ad quēdam, <sup>b</sup> & <sup>c</sup> ecce introeuntibus vobis in ciuitate, <sup>h</sup> occurret vobis homo: ▷ lagenā aquę || bauiulans, sequimini eū <sup>c</sup> in domū in quā intrat, <sup>1</sup> & <sup>b</sup> quocunq; introierit <sup>1</sup> dicite † patrifamiliās domus: <sup>b</sup> Quia <sup>1</sup> magister dicit <sup>c</sup> tibi, <sup>a</sup> Tēpus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis, <sup>h</sup> vbi est ▷ diuersorium <sup>1</sup> vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse || vobis demonstrabit cœnaculum † grande <sup>1</sup> stratū, & ▷ illi <sup>1</sup> parate <sup>b</sup> nobis. <sup>h</sup> || Et abierunt <sup>b</sup> discipuli eius, & venerunt in ciuitate, & <sup>h</sup> inuenerunt sicut † dixerat <sup>1</sup> illis: <sup>a</sup> & fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, <sup>1</sup> & parauerūt pascha. <sup>c</sup> Vespere autem factō <sup>b</sup> venit cū duodecim. <sup>c</sup> Et cū facta esset hora ▷ <sup>f</sup> discubuit, & duodecim apostoli cum eo.

¶ Lauantur apostolorum pedes. Iohā. 13.

CAPVT CXXX.

**A**Nte diem festū paschæ, sciēs Iesus quia venit hora eius, vt transeat

sest ex hoc mundo ad patrem cūm dilexisset suos qui erāt in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, quum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eū Iudas Simonis Iscariotes, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cūm accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio tu nescis modò, scies aut postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in aternūm. Respondit ei Iesus: Si nō lauero te, nō habebis partem meū. Dicit ei Simon Petrus: Dñe, non tantūm pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet, sed est mūdus totus. Et vos mūdi estis, sed non oēs. Sciebat enim quisnā esset qui traderet eū. propterea dixit, Non estis mūdi omnes. Postquā ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & cūm recubuisset, iterū, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis, sum etenim, Si ergo ego laui pedes



vestros dominus & magister, & vos debetis alter alteri<sup>9</sup> lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos facietis. Amen amen dico vobis, nō est seruus maior domino suo, neque apostolus maior eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura: Qui manducat meum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Amodò dico vobis priusquam fiat, vt cū factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis, Qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.

¶ *Instituatur Eucharistia. Matthæi 26.*

*Marcii 14. Lucæ 22.*

## CAPVT CXXXI.

**E**<sup>c</sup> T ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscū, antequam patiar. Dico enim vobis, Quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis, Quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei ve-

† 2.º. cenā  
tibus autē  
pit Iesus panem<sup>l</sup> & c<sup>o</sup> accepto pane  
▷<sup>f</sup> gratias

▷<sup>f</sup> gratias egit<sup>9</sup>, & <sup>b</sup> benedicens<sup>l</sup> fre- ▷ 2.º. bene  
git, || deditque discipulis suis, & ait: dixit  
†<sup>e</sup> Accipite<sup>a</sup> & comedite, <sup>l</sup> hoc est ||<sup>f</sup>. & dedit  
corpus meū<sup>c</sup> quod pro vobis datur, eis. c. dicens  
hoc facite in meam commemoratio- † b.º. Sumi  
nem. Similiter & ▷<sup>l</sup> calicē<sup>e</sup> accipietis<sup>9</sup> te  
c<sup>o</sup> postquam cœnauit ||<sup>e</sup> gratias egit, & ▷ b.º. acce  
dedit illis<sup>f</sup> dicens: <sup>a</sup> Bibite ex hoc om- pro calice  
nes. <sup>b</sup> Et biberunt ex illo oēs, & ait il- || b.º. gra-  
lis: †<sup>l</sup> Hic est<sup>a</sup> enim <sup>l</sup> sanguis me<sup>9</sup> no tias agens  
ni testamētī, qui <sup>c</sup> pro vobis [ & ]<sup>e</sup> pro †<sup>c</sup>. Hic est  
multis ▷<sup>l</sup> effundetur<sup>a</sup> in remissionē calix nouū  
peccatorum. <sup>b</sup> Amen <sup>c</sup> dico & vobis, testamētū  
b Quia iam <sup>e</sup> non bibā<sup>a</sup> amodò <sup>e</sup> de in meo san  
<sup>a</sup> hoc <sup>e</sup> genimine vitis, vsq; in diem guine  
illū, cū illud bibam <sup>a</sup> vobiscū <sup>e</sup> no ▷ c.º. fun-  
uum in regno <sup>b</sup> Dei<sup>a</sup> patris mei. detur

¶ *Predicitur traditio à discipulo fienda*

*Matthæi 26. Marcii 14.*

*Lucæ 22. Iohannis 13.*

## CAPVT CXXXII.

**Q**<sup>d</sup> Vum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, <sup>m</sup> & <sup>b</sup> discumbē- † 2.º. eden  
tibus eis & †<sup>e</sup> māducātibus<sup>9</sup> tibus  
<sup>a</sup> illis, <sup>d</sup> protestatus est, & <sup>m</sup> dixit <sup>b</sup> Ie  
sus: <sup>c</sup> Veruntamen, ecce manus tradē-  
tis me, mecum est in mensa. <sup>m</sup> Amen  
<sup>d</sup> amen <sup>m</sup> dico vobis, Quia vnus ▷ 2.º. ve-  
vobis trader me<sup>b</sup> qui manducat me- strū me tra-  
cum. <sup>d</sup> Aspiciabant ergo ad inuicem diturus est  
discipuli, hāsistantes de quo diceret.

<sup>b</sup> At illi cœperunt contristari, <sup>e</sup> & <sup>a</sup> cœ-  
tristati valde, cœperunt singuli <sup>e</sup> dice-  
re <sup>b</sup> ei singularim: <sup>e</sup> Nunquid ego  
<sup>a</sup> sum Domine? At ipse respondens <sup>e</sup> ait  
<sup>b</sup> illis: Vnus ex duodecim <sup>e</sup> qui intin-  
git mecum manū in || paropside? <sup>a</sup> hic  
me tradet, <sup>h</sup> & <sup>l</sup> filius quidem homi-  
nis vadit <sup>c</sup> secundū quod definitum  
est, [ & ] <sup>e</sup> sicut scriptum est de eo.

|| <sup>b</sup>.o. cati-  
no

† <sup>c</sup>. verun-  
tamen ve  
▷ <sup>c</sup>.o. trade  
tur

|| <sup>b</sup>.o. si non  
esset natus

† <sup>l</sup> Va autem homini illi, per quem  
<sup>e</sup> filius hominis ▷ <sup>l</sup> traditur: <sup>e</sup> bonū  
erat ei || si natus non fuisset homo il-  
le. <sup>a</sup> Respondens autem Iudas, qui tra-  
diditeū, dixit: Nūquid ego sum rabbi?  
Ait illi: Tu dixisti. <sup>c</sup> Et ipsi cœperunt  
quarere inter se, quis esset ex eis, <sup>g</sup> hoc  
facturus esset. <sup>d</sup> Erat ergo recubens  
<sup>vn</sup> ex discipulis eius in sinu Iesu, quē  
diligebat Iesus. Innuit ergo huic Sim-  
mon Petrus, & dixit ei: Quis est de  
quo dicit? Itaque cūm recubisset ille  
supra pectus Iesu, dicit ei: Domine,  
quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui  
ego intinctum panem porrexero. Et  
cūm intinxisset panem, dedit Iudæ Sim-  
monis Iscariotæ. Et post buccellam  
tunc introiuit in eum satanas. Et di-  
xit ei Iesus: Quod facis facitius. Hoc  
autem nemo sciuit discumbētium ad  
quid dixerit ei. Quidam enim puta-  
bāt, quia oculos habebat Iudas, quōd  
dixisset ei Iesus: Eme ea quæ op<sup>9</sup> sunt  
nobis

nobis ad diem festum, aut egenis vt  
aliquid daret. Cūm ergo accepisset ille  
bucellā, exiuit cōtinuō. Erat autē nox.  
Cūm ergo exisset, dixit Iesus: Nunc  
clarificatus est filius hominis, & Deus  
clarificatus est in eo. Si Deus clarifica-  
tus est in eo, & Deus clarificabit eum  
in semetipso, & continuō clarificabit  
eum.

¶ *Contentio discipulorum pro primatu se-  
datur, & predicatur eorum abnega-  
tio. Matthæi 26. Marci 14.  
Luca 22. Iohannis 13.*

## CAPVT CXXXIII.

**F**<sup>c</sup> Acta est autem & contentio in-  
ter eos, quis eorum videretur esse  
maior. Dixit autem eis: Reges gentiū  
dominātur eorum, & qui potestatem  
habent super eos, benefici vocantur.  
Vos autem non sic, sed qui maior est  
in vobis, sit sicut iunior: & qui præces-  
sor est, sicut ministrator. Nā quis ma-  
ior est, qui recumbit, an qui ministrat?  
nōne qui recūbit? Ego autē in medio  
vestrū sum, sicut qui ministrat. Vos au-  
tē estis qui permansistis mecū in ten-  
tationibus meis. Et ego dispono vo-  
bis, sicut disposuit mihi pater meus  
regnū, vt edatis & bibatis sup mēsam  
meam in regno meo, & sedeat is super  
thronos iudicantes duodecim tribus

Iſraël. <sup>d</sup> filioli, adhuc modicum vobiscum ſum. Quæretis me, & ſicut dixi Iudæis, Quò ego vado vos non poteſtis venire. Et vobis dico modò: Mâ datum nouum dō vobis, Vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicē: in hoc cognofcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Reſpondit Ieſus: Quò ego vado, non poteſtes me modò ſequi, ſequeris autē poſtea. Dicit ei Petrus: Quare non poſſum te ſequi modò? animam meam pro te ponam. Reſpondit ei Ieſus: Animam tuam pro me pones? <sup>c</sup> Ait autē Dominus: Simon, ſimon, ecce ſatanas

<sup>†b. o. aiteis</sup> expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando cōuerſus cōfirma fratres tuos. <sup>b</sup> Et <sup>a</sup> tūc <sup>||b. quia ſcriptum eſt</sup> <sup>†c</sup> dicit illis? Ieſus: Oēs <sup>a</sup> vos <sup>▷</sup> <sup>c</sup> ſcandalum patiemini? in me in iſta nocte, <sup>†b. ſed poſtquam</sup> <sup>||</sup> ſcriptum eſt enim? Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues <sup>a</sup> gregis. <sup>▷b. Petrus</sup> <sup>†c</sup> Poſtquàm autem? reſurrexero, & procedam vos in Galilæam. <sup>▷</sup> <sup>a</sup> Reſpondens <sup>e</sup> autem <sup>†</sup> Petrus? <sup>||</sup> ait illi? <sup>c</sup> Et ſi omnes ſcandalizati fuerint <sup>a</sup> in te, <sup>†b. non ego</sup> <sup>†</sup> ſed <sup>e</sup> ego nunquàm? <sup>a</sup> ſcandalizabor. <sup>c</sup> Domine, tecum paratus ſum, & in carcerem, & in mortem ire. <sup>b</sup> Et

<sup>▷</sup> <sup>†</sup> ait illi Ieſus? <sup>m</sup> Amē <sup>d</sup> amen <sup>p</sup> dico tibi <sup>c</sup> Petre, <sup>e</sup> Quia <sup>b</sup> tu hodie <sup>e</sup> in nocte hac <sup>||</sup> priuſquam? <sup>b</sup> gallus <sup>†</sup> <sup>e</sup> vocem bis dederit?, ter me <sup>▷</sup> <sup>e</sup> negaturus? [<sup>&</sup>] <sup>k</sup> non cantabit? hodie <sup>k</sup> gallus, donec ter <sup>†</sup> abneges? noſſe me. <sup>b</sup> At ille ampliùs loquebatur [<sup>&</sup>] <sup>a</sup> ait illi Petrus. <sup>||</sup> <sup>c</sup> Etiam? ſi oportuerit me <sup>†</sup> ſimul commori tibi?, nō te negabo. Similiter <sup>b</sup> autem <sup>e</sup> & omnes <sup>a</sup> diſcipuli <sup>▷</sup> dixerunt?. <sup>c</sup> Et dixit eis: Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid deſuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat tunicā ſuam, & emat gladium. Dico enim vobis, Quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me: Et cum iniquus deputatus eſt. Etenim ea quæ ſunt de me ſinem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hīc. At ille dixit eis: Satis eſt.

¶ Sermo Domini poſt cœnam. Iohā. 14.

## CAPVT CXXXIIII.

**N**ON turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei manſionem multā ſunt. Si quo minus, dixiſſem vobis, Quia vado parare vobis locum. Et ſi

abiero, & præparauero vobis locū, iterū venio & accipiā vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quod ego vado scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quod vadis, & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis, & amodō cognoscitis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrē vado, & quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, &

alium

alium paraclerum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternū, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autē cognoscitis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Nō relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicum & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuētis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me, qui autem diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meū seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eū veniemus, & mansionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me, sermones meos non seruat: & sermonem quem audistis, nō est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manēs. Paracler autē Spiritus sanctus, quē mittere pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcūque dixerō vobis. Pacē relinquo vobis, pacem

meam

meam do vobis: non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vti- que, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis, prius- quā fiat, vt cū factum fuerit cre- datis. Iam non multa loquar vobiscū. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: sed vt co- gnoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite eamus hinc.

¶ *Continuatio sermonis. Iohā. 15. & 16.*

CAPVT CXXXV.

**E**Go sum vitis vera, & pater me<sup>9</sup> agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum pur- gabit eum, vt fructum plus adferat. Iā vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum: si a se: et ipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmi- tes, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me ni- hil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes,

& areferet, & colligent eum, & in ignē mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis māserint, quod- cunque volueritis, petetis, & fiet vo- bis. In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plurimū adferatis, & effi- ciamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. manete in di- lectione mea. Si praecepta mea serua- ueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego patris mei praecepta ser- uauī, & maneo in eius dilectione. Hęc locutus sum vobis, vt gaudium meū in vobis sit, & gaudium vestrum im- pleatur. Hoc est praeceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, ma- iorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro ami- cis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis. Iam non dico vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecunque audi- ui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum adfera- tis, & fructus vester maneat, vt quod- cunque petieritis patrem in nomine meo det vobis: hęc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mūdus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod

quod suum erat diligeret, quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui me misit. Si non venissem & locutus fuissẽm eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum. sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Cùm autem venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos, sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo, & hæc facient vobis, quia nõ nouerunt patrem, neque me.

Sed

Sed hæc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quid vadis? sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non credunt in me. De iustitia verò, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modò. Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à semetipso, sed quæcũq; audiet loquetur, & quæ vètura sunt annũtiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annũtiabit vobis. Omnia quæcũq; habet pater, mea sunt. propterea dixi: Quia de meo accipiet, & annũtiabit vobis. Modicũ & iã nõ videbitis me, & iterũ modicũ & videbitis me, quia vado ad patrẽ. Dixerũt ergo ex discipulis eius ad inuicẽ:

Quid

Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum & non videbitis, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit modicum? nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc queritis inter vos, quia dixi, Modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitia habet, quia venit hora eius, cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modò non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Hæc in prouerbis locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in prouerbis loquar vobis, sed palam de patre annuntiabo vobis. In illo

illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis, ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis & credidistis quia à Deo exiui. Exiui à patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis, nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi. Respondit eis Iesus: Modò creditis? Ecce venit hora & iam venit, ut dispergami vniuersisque in propria, & me solum relinquetis: & non sum solus, quia pater mecum est. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.

¶ *Oratio Iesu ad patrem. Iohannis 17.*

CAPVT CXXXVI.

**H**æc loquutus est Iesus, & subleuatis oculis in cælum dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarifi-

fi-

ficavi super terram, opus consummati, quod dedisti mihi vt faciam, & nūc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te, Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerūt. Nunc cognouerunt, quia omnia, quae dedisti mihi, abs te sunt, quia verba quae dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt & cognouerunt verē, quia à te exiui, & crediderūt, quia tu me misisti, Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnū, sicut & nos. Cūm essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuū, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo: nō rogo vt tollas eos

de

de mundo, sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt, sicut & ego nō sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundū, & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantū, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint: vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnū sicut & nos vnū sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnū, & cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi sum ego & illi sint mecum, vt videāt claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionē mundi. Pater iuste, mundus te non cognouit. ego autē te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio, qua dilexisti me: in ipsis sit, & ego in ipsis.

¶ *Ter orans deprecatur mortem, & capitur.*

*Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Iohā. 18.*

CAPVT CXXXVII.

Hæc



†. exierunt **H** d Aec cū dixisset Iesus & hymno dicto † m egressus est cū discipulis suis d trans torrentem Cedron, c & egressus ibat secundum consuetudinē l in montem ▷ Oliuarum, c Secuti sunt autem illum & discipuli eius. b Et a tunc || e venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani, d vbi erat hortus in quem introiit ipse & discipuli eius. l Et c cū peruenisset ad locum † l dixit discipulis suis. e Sedere hīc donec a vadam illue & e orem. c Orate, ne intretis in tentationem. b Et assumit Petrum, & Iacobum, & Iohannem secum, e & a assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, c cœpit a contristari, b pauere, e & ▷ mœstus esse. b Et a tunc e ait illis: || b. o. cū proceffisset paululum c Et ipse auulsus est ab eis, e & || pro† a. orans gressus pusillum c quantum iactus est ▷ f. dicens lapidis, & positus genibus, e prociudit † a. verūta b super terram a in faciem suam, b & mē nō sicut † l orabat, b vt si fieri posset transiret egovoio, sed ab eo hora, e & ▷ l dixit. b Abba pater a mi, si possibile est, transeat a me b. sed non calix iste, b omnia tibi possibilia sunt, quod egovo c si vis, h transfer calicem hunc a me, lo, sed quod † l veruntamen non mea voluntas, sed tu tua fiat. Et c cū surrexisset ab oratione, & ▷ l venisset f ad discipulos suos,

suos, \* l inuenit eos dormientes e præ tristitia, & ait illis: Quid dormitis? e Et dicit Petro: b Simō, dormis? a Sic e non || potuisti vna hora vigilare a mecum? c Surgite, e vigilate, & l orate, † vt non intretis in tentationem, † c. o. ne e spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. b Et e iterum secundò ▷ e abiit, & o rauit b eundem sermonem, e dicens: a Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. e Et b reuersus a venit, & || e iterum inuenit eos dormientes, || b. o. demō erant enim oculi eorum grauati, b & ignorabant quid respōderent ei. a Et relictis illis, iterū abiit, & orauit tertio, eundem sermonem dicens. c Apparuit autem illi angelus de cœlo, confortans eum, & factus in agonia, prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. b Et a tunc e venit b tertio a ad discipulos suos, e & † dicit illis: Dormite iam & requiescite, b sufficit, a ecce e || appropinquauit hora, a & b ecce || b. venit e fili⁹ hominis traderetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce ▷ appropinquauit qui me tradet. d Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locū, quia frequenter Iesus cōuenerat illum cum discipulis suis. Iudas ergo cū accepisset cohortem, & a pontificibus

& pharisæis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. <sup>b</sup> Et <sup>1</sup> adhuc eo loquente, <sup>f</sup> ecce <sup>e</sup> ludas <sup>b</sup> Iscariotes <sup>e</sup> vnus de duodecim venit, & cū eo <sup>1</sup> turba <sup>e</sup> multa cum gladiis & <sup>†</sup> fustibus, <sup>a</sup> misi <sup>e</sup> à <sup>▷</sup> principibus sacerdotum, <sup>b</sup> & scribis, <sup>e</sup> & senioribus <sup>a</sup> populi. <sup>||</sup> <sup>e</sup> Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenere eum, <sup>b</sup> & ducite cautè. <sup>c</sup> Et qui vocabatur ludas vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. <sup>e</sup> Et <sup>b</sup> cūm venisset, <sup>||</sup> <sup>e</sup> statim <sup>d</sup> accedens ad <sup>†</sup> Iesum dixit: Aue rabbi, & osculatus est eum. <sup>▷</sup> Iesus autem dixit illi: <sup>a</sup> Amice, ad quid venisti? <sup>c</sup> Iuda, osculo filium hominis tradis? <sup>d</sup> Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, & dixit eis, quem quæritis? Responderūt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & ludas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, finite hos abire, vt impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi non

non

non peridi ex eis quenquam. <sup>b</sup> At illi <sup>a</sup> tunc accefferunt, & <sup>e</sup> manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. <sup>c</sup> Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? <sup>f</sup> Et <sup>a</sup> ecce <sup>1</sup> vnus <sup>b</sup> quidam de circumstantibus <sup>f</sup> ex <sup>†</sup> his, <sup>a</sup> qui erant cum Iesu, <sup>d</sup> Simon \* Petrus habens gladium, <sup>a</sup> extendens manum <sup>▷</sup> <sup>m</sup> exemit gladium <sup>a</sup> suum, <sup>d</sup> & <sup>o</sup> percussit seruum <sup>||</sup> principis sacerdotum, <sup>p</sup> & <sup>a</sup> percutiens seruum principis sacerdotū <sup>†</sup> <sup>p</sup> amputauit <sup>b</sup> illi <sup>p</sup> auriculā <sup>n</sup> eius <sup>k</sup> dexteram. <sup>d</sup> Erat autē nomen seruo Malchus. <sup>c</sup> Respondens autem Iesus, ait: Sinite vsque huc. & quū terigisset auriculā eius, sanauit eum. <sup>▷</sup> <sup>g</sup> dixit <sup>d</sup> ergo <sup>a</sup> tunc <sup>g</sup> Iesus Petro. <sup>†</sup> Conuerte gladium tuum <sup>a</sup> in locum suum <sup>d</sup> in vaginam. <sup>a</sup> Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. <sup>d</sup> Calicem quem dedit mihi pater, non bibā illū? <sup>a</sup> An putas, quia non possum rogare patrem meū, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripture, quia sic oportet fieri? <sup>b</sup> Et <sup>a</sup> in illa hora <sup>b</sup> respondens. <sup>||</sup> <sup>1</sup> Iesus <sup>†</sup> di

<sup>b</sup>. ait illis  
xit? <sup>e</sup> turbis [ & ] <sup>c</sup> ad eos, qui venerat  
ad se. principes sacerdotū, & magistratum Iesus  
tus templi, & seniores: <sup>†</sup> <sup>1</sup> Tanquam <sup>†</sup> <sup>c</sup>. o. Quasi

<sup>†</sup> <sup>c</sup>. illis  
\* ergo  
<sup>▷</sup> <sup>b</sup>. educēs  
gladiū. <sup>d</sup>. e.  
duxit eum  
<sup>||</sup> <sup>b</sup>. o. summi  
sacerdotis.  
<sup>d</sup>. o. pō-  
tificis  
<sup>†</sup> <sup>d</sup>. abscidit  
<sup>▷</sup> <sup>a</sup>. Tūc ait  
illi Iesus  
<sup>†</sup> <sup>d</sup>. Mitte

<sup>†</sup> <sup>b</sup>. o. lignis  
<sup>▷</sup> <sup>b</sup>. o. summi  
sacerdotis  
<sup>||</sup> <sup>b</sup>. dederat  
autem tra-  
ditor eis si-  
gnum

<sup>||</sup> <sup>a</sup>. o. con-  
festim  
<sup>†</sup> <sup>b</sup>. eum, ait  
<sup>▷</sup> <sup>a</sup>. dixitq;  
illi Iesus

b. o. li- ad latronem existis cū gladijs & f-  
 gnis stibus<sup>e</sup> comprehendere me. Quotidie  
 b eram<sup>e</sup> apud vos, [&]<sup>a</sup> sedebā<sup>e</sup> in  
 templo docens, & cūm quotidie vo-  
 biscum fuerim in templo, non extēdi-  
 stis manus in me [&]<sup>e</sup> nō me tenui-  
 stis, c sed hæc est hora vestra, & pote-  
 stas tenebrarum. <sup>a</sup> Hoc autem totum  
 factum est \*<sup>e</sup> vt || adimplerentur scri-  
 pturæ<sup>a</sup> prophetarum. <sup>c</sup> Tunc discipu-  
 li<sup>b</sup> eius t<sup>e</sup> omnes relicto eo fugerūt.  
 b Adolescens autem quidam sequeba-  
 tur eum amictus sindone super nudo,  
 & tenuerunt eum. At ille rejecta sin-  
 done nudus profugit ab eis.

¶ Indicatur & illudiuur in domo Caipha,  
 Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22. Iohā. 18.

## CAPVT CXXXVIII.

t<sup>a</sup>. At illi C t<sup>3</sup> Ohors autem & tribunus &  
 tenentes Ie c ministri Iudeorum t<sup>n</sup> compre-  
 sum henderunt Iesum<sup>d</sup> & ligauerunt eū,  
 t<sup>c</sup>. cōprehē & adduxerūt eum ad Annam primū  
 dentes autē Erat enim socer Caipha, qui erat pō-  
 eum tificex anni illius. <sup>b</sup> Et ||<sup>l</sup> duxerūt<sup>h</sup> Ie-  
 ||<sup>b</sup>. adduxe sum<sup>c</sup> ad domum principis sacerdotū,  
 runt ead<sup>a</sup> Caipham t<sup>e</sup> principē sacerdotū  
 t<sup>b</sup>. o. sum- a vbi scribæ & seniores conuenerant.  
 mū sacerdo d Erat autem Caiphas qui cōsiliū  
 tem dederat Iudæis, Quia expedit vnum  
 hominem mori pro populo. <sup>b</sup> Et cō-  
 uenerunt omnes sacerdotes, & scribæ,  
 & senio-

& seniores. t<sup>p</sup> Sequebatur autē Iesum t<sup>f</sup>. Petrus  
 d Simon P Petrus<sup>l</sup> à longē, <sup>d</sup> & alius autē seque-  
 discipulus. Discipulus autem ille erat batur cum  
 notus pontifici, & introiuit cum Iesu. <sup>b</sup> Petrus ve-  
 in atrium pontificis. Petrus autem sta- rō longē se-  
 bat ad ostium foris. Exiuit ergo disci- cutus est cū  
 pulus alius qui erat notus pontifici, &  
 dixit ostiariæ, & introduxit Petrum  
 e vsq; <sup>b</sup> intrō<sup>e</sup> in atrium t<sup>p</sup> principis t<sup>b</sup>. o. sum  
 sacerdotum<sup>a</sup>. Et ingressus intrō, <sup>c</sup> ac- mi sacerdo-  
 censo \* igne in medio atrij, & circum- tis  
 sedentibus illis, erat Petrus in medio \* autem  
 eorum, <sup>b</sup> & c. sedebat cum ministris  
 b ad ignem, & calefaciebat se, <sup>a</sup> vt vi-  
 deret finem. <sup>d</sup> Pontifex ergo interro-  
 gauit Iesum de discipulis suis, & de  
 doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego  
 palām locutus sum mundo, ego sem-  
 per docui in synagoga & in tēplo, quōd  
 omnes Iudæi conueniunt, & in occul-  
 to locutus sum nihil. quid me interro-  
 gas? interroga eos qui audierunt quid  
 locutus sum ipsis, ecce hi sciunt quæ  
 dixerim ego. Hæc autem cūm dixisset,  
 vnus assitens ministrorum, dedit ala-  
 pam Iesu, dicens: Sic respondes ponti-  
 fici? Respondit ei Iesus: Si malē locu-  
 tus sum, testimonium perhibe de ma-  
 lo: si autem bene, quid me cædis? Et  
 misit eum Annas ligatum ad Caiphā t<sup>b</sup>. o. sum-  
 pontificem. t<sup>e</sup> Principes autem sacer- mi vero sa-  
 dotum, & omne conciliū quærebāt cerdotes  
 & senio-

▷ **b. o. ad-** <sup>a</sup> falsum <sup>e</sup> testimonium ▷ contra Ie-  
**uerfus** sum, vt eum morti traderent, || & non  
 || <sup>b</sup> **nec in-** inuenerūt: <sup>a</sup> cū multi falsi testes ac-  
**ueniebant** celsissent. <sup>b</sup> Multi enim testimonium  
 falsum dicebant aduersus eum, & cō-  
 uenientia testimonia non erant. <sup>a</sup> No-  
 uissimè autem uenerunt duo falsi tes-  
 tes, <sup>b</sup> & quidam surgentes falsum te-  
 stimonium ferebāt aduersus eū, † <sup>e</sup> &  
 † <sup>b</sup> **dicētes** dixerunt: <sup>f</sup> Quoniā <sup>a</sup> hic dixit. <sup>b</sup> Nos  
 audiuimus eum dicentem: <sup>a</sup> Possūm  
 destruere templum Dei, & post tri-  
 duum rædificare illud. <sup>b</sup> Ego dissol-  
 uam templum hoc manufactum, &  
 post triduum aliud nō manufactum,  
 rædificabo. Et non erat conueniens te-  
 stimonium illorum. <sup>e</sup> Et ▷ exurgens  
 ▷ <sup>a. o.</sup> **sur-** summus sacerdos <sup>b</sup> in medium, inter-  
**gens prin-** rogauit Iesum || <sup>e</sup> dicens <sup>a</sup> illi: † <sup>e</sup> Nō  
**ceps sacerdo-** respondes quicquam <sup>a</sup> ad ea <sup>b</sup> quæ tibi  
**tum** || <sup>a</sup> **ait** obijciuntur ab his, [&] <sup>a</sup> quæ isti ad-  
 † <sup>a</sup> **Nihil re-** uersum te testificantur? ▷ <sup>e</sup> Iesus <sup>a</sup> au-  
**spōdes** tem tacebat, <sup>b</sup> & nihil respondit. <sup>a</sup> Et  
 ▷ <sup>b</sup> **ille** <sup>b</sup> rursūm || <sup>e</sup> summus sacerdos <sup>b</sup> in-  
 || <sup>a. o.</sup> **prin-** terrogabat eum, & † <sup>e</sup> dixit ei: <sup>b</sup> Tu  
**ceps sacer-** es Christus filius Dei benedicti? <sup>a</sup> Ad-  
**dotum** iuro te per Deum uiuum, vt dicas no-  
 † <sup>a</sup> **ait illi** bis, si tu es Christus filius Dei. † <sup>e</sup> Ie-  
 † <sup>a</sup> **Dicit il-** sus autem dixit illi: <sup>a</sup> Tu dixisti, <sup>b</sup> E-  
**li Iesus** go sum. <sup>a</sup> Veruntamen dico uobis: A-  
 \* <sup>b</sup> **et** modò \* <sup>e</sup> videbitis filium hominis se-  
 dentem à dextris virtutis <sup>a</sup> Dei, <sup>e</sup> &

uentem † in nubibus cœli. ▷ <sup>a</sup> Tūc † <sup>b</sup> **cum**  
<sup>e</sup> princeps sacerdotum scidit uestimē-  
 ta sua, dicens: <sup>a</sup> Blasphemauit: <sup>e</sup> quid <sup>a</sup> **ait** sacerdos  
 adhuc || desideramus testes? <sup>a</sup> Ecce <sup>a</sup> **scindens ve-**  
 nunc <sup>e</sup> audistis blasphemiam. quid vo- <sup>a</sup> **stimēta sua**  
 bis uideret? † At illi <sup>b</sup> omnes condē- <sup>a</sup> **ait**  
 nauerunt eum esse reum mortis. [Et] || <sup>a. o.</sup> **egem**  
<sup>a</sup> respondentes dixerūt: Reus est mor- <sup>a</sup> **testibus**  
 tis. <sup>c</sup> Et <sup>a</sup> tunc <sup>c</sup> viri qui tenebant illū, † <sup>b</sup> **Qui**  
 illudebant ei, cædentes. <sup>b</sup> Et ▷ <sup>e</sup> ex- <sup>a</sup> **capērit**  
 puerunt in faciem eius <sup>h</sup> & uelauerūt <sup>a</sup> **quidam cō-**  
 eum, <sup>e</sup> & colaphis eum cæciderunt: <sup>a</sup> **spuere eum,**  
<sup>f</sup> alij autem palmas in faciem eius de- <sup>e</sup> **et uelare**  
 derunt, <sup>c</sup> & percutiebant faciem eius. <sup>a</sup> **faciem eius**  
 & interrogabant eum || <sup>a</sup> dicentes <sup>b</sup> <sup>e</sup>: <sup>a</sup> **et colaphis**  
 I prophetiza <sup>a</sup> nobis Christe, <sup>f</sup> quis est <sup>a</sup> **eum cadere**  
 qui te percussit? <sup>c</sup> Et alia multa blas- <sup>b</sup> **et dice**  
 phemantes dicebant in eum. <sup>b</sup> Et mi- <sup>a</sup> **re**  
 nistri alapis eum cædebant.

¶ Ter Petrus negat Dominum. Mat. 26.  
 Mar. 14. Luca 22. Iohan. 18.

## CAPVT CXXXIX.

**P** <sup>a</sup> Etrus autem sedebat foris in a-  
 trio. <sup>b</sup> Et cū esset Petrus in atrio † <sup>b</sup> **uenit**  
 deorsum, † <sup>e</sup> accessit <sup>a</sup> ad eum <sup>e</sup> vna ▷ <sup>c</sup> **Quæ cō-**  
<sup>a</sup> ancillā, <sup>b</sup> ex ancillis summi sacerdo- <sup>a</sup> **uidisset au-**  
 tis, & ▷ <sup>h</sup> cū uidisset Petrū <sup>b</sup> cale- <sup>a</sup> **cilla quæ dē-**  
 facientem se [&] <sup>c</sup> sedentē ad lumen, || <sup>b</sup> **aspiciēs**  
 & || <sup>h</sup> eum fuisset intuita † <sup>b</sup> dixit: <sup>a</sup> **illum**  
<sup>c</sup> Et hic cum illo erat. <sup>d</sup> Dixit ergo † <sup>a</sup> **dicens**  
 Petro ancilla ostiaria: Nunquid & tu <sup>b</sup> **ait**

ex discipulis es hominis istius? <sup>e</sup> Et  
 †<sup>a</sup>. Galileo tu cum Iesu † Nazareno<sup>o</sup> eras.<sup>l</sup> At ille  
 †<sup>d</sup>. dicit il- negavit<sup>c</sup> eū<sup>a</sup> coram omnibus † P di-  
 le cens<sup>o</sup>: <sup>d</sup> Non sum. <sup>c</sup> Mulier non noui  
 †<sup>a</sup>. Nescio illum. †<sup>e</sup> Neq; scio, <sup>b</sup> neq; noui<sup>e</sup> quid  
 quid dicis dicas.<sup>d</sup> Stabāt autem serui & ministri  
 ad prunas, quia frigus erat, & calefa-  
 ciebant se. Erat autem cum eis & Petrus  
 stans, & calefaciens se. <sup>b</sup> Et exiit  
 foris ante atrium, & gallus cantauit.  
<sup>a</sup> Exeunte autem illo ianuam, vidit  
 \* <sup>b</sup>. autem eum alia ancilla, & <sup>b</sup> rursus \* cūm vi-  
 †<sup>a</sup>. ait disseēt eū ancilla, †<sup>e</sup> cœpit dicere<sup>b</sup> cir-  
 †<sup>b</sup>. ex illis cūm stātibus, <sup>a</sup> his qui erāt ibi: <sup>b</sup> Quia  
 est & hic †<sup>e</sup> erat cum Iesu Nazareno.  
<sup>d</sup> Erat autem Simon Petrus stans, &  
 calefaciens se. <sup>c</sup> Et post pusillum alius  
 vidēs eum, dixit: Et tu de illis es.<sup>d</sup> Di-  
 xerunt ergo ei: Nunquid & tu ex di-  
 scipulis eius es? <sup>o</sup> Petrus <sup>h</sup> verd<sup>e</sup> ite-  
 rum <sup>m</sup> negavit \* <sup>a</sup> cū iuramēto, Quia  
 non noui hominem, <sup>d</sup> & k dixit: <sup>c</sup> O  
 homo k non sum.<sup>l</sup> Et <sup>e</sup> post pusillū  
<sup>b</sup> rursus <sup>c</sup> interuallo facto quasi horē  
 vnus, alius quidam affirmabat dicēs:  
 Verē & hic cum illo erat, nam & Ga-  
 lilæus est. [ Et ] <sup>a</sup> accesserunt <sup>e</sup> qui  
 †<sup>a</sup>. stabant †<sup>a</sup> & †<sup>e</sup> dixerunt<sup>e</sup> Petros:  
 Verē <sup>a</sup> & tu <sup>e</sup> ex illis es, nam <sup>b</sup> & Ga-  
 lilæus es, <sup>a</sup> & loquela tua manifestum  
 te facit. <sup>d</sup> Dicit ei vnus ex seruis pon-  
 tificis, cognatus eius cui<sup>o</sup> absceidit Pe-  
 trus

trus auriculam: Nonne ego te vidi in  
 orto cum illo? Iterum ergo negauit, <sup>† b</sup>. anathe  
 & ait k Petrus: <sup>c</sup> Homo, nescio quid <sup>matizare</sup>  
 dicis. <sup>b</sup> Ille autem <sup>a</sup> tunc <sup>e</sup> cœpit † de- <sup>† a</sup>. non no  
 testari, & iurare, quia † nescio homi- <sup>uisset homi</sup>  
 nem<sup>b</sup> istum, quem dicitis. P Et † sta- <sup>nem</sup>  
 tim<sup>c</sup> adhuc illo loquēte, p gallus <sup>b</sup> ire <sup>† f</sup>. o. conti  
 rum p cantauit. <sup>c</sup> Et conuersus Do- <sup>mo</sup>  
 minus respexit Petrum.<sup>l</sup> Et recorda- <sup>† b</sup>. quod di  
 tus est Petrus verbi <sup>c</sup> domini <sup>a</sup> Iesu, <sup>xerat ei Ie-</sup>  
 †<sup>l</sup> quod dixerat<sup>b</sup> ei, <sup>c</sup> Quia<sup>l</sup> prius- <sup>sus. c. sicut</sup>  
 quā gallus cantet <sup>b</sup> bis, <sup>l</sup> ter me ne- <sup>dixerat</sup>  
 gabis. <sup>e</sup> Et egressus foras <sup>c</sup> Petrus, <sup>† b</sup>. cœpit  
 †<sup>l</sup> fleuit<sup>f</sup> amare<sup>e</sup>. <sup>flere</sup>

¶ Ducitur ad Pilatum, & Iudas se laqueo  
 suspendit. Mathæi 27. Marci 15.  
 Lucæ 22. & 23.

CAPVT CXL.

M<sup>† f</sup> Ane autem fact<sup>o</sup>, <sup>c</sup> conue- <sup>† c</sup>. Et vt fa  
 nerunt [ & ] <sup>a</sup> consilium inierūt <sup>ctus est dies</sup>  
 omnes <sup>f</sup> principes sacerdotum, & se-  
 niores † populi, <sup>c</sup> & scribæ <sup>a</sup> aduer- <sup>† c</sup>. o. ple-  
 sus Iesum, vt eum morti traderēt, <sup>c</sup> & <sup>bis</sup>  
 duxerunt illum in concilium suum,  
 dicentes: Si tu es Christus, dic nobis.  
 Et ait illis: Si vobis dixero, non crede-  
 tis mihi: si autem & interrogauero, nō  
 respondebitis mihi, neque dimittetis.  
 Ex hoc autem erit filius hominis se-  
 dens a dextris virtutis Dei. Dixerunt  
 autem omnes: Tu ergo es filius Dei?

C. 23.

Qui ait: Vos dicitis, Quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.<sup>1</sup> Et<sup>b</sup> confestim mane concilium facientes summi sacerdotes, cum senioribus & scribis, & vniuerso concilio,<sup>c</sup> & surgens omnis multitudo eorum,<sup>b</sup> vincientes Iesum<sup>a</sup> vincitum<sup>1</sup> adduxerunt<sup>f</sup> eum<sup>c</sup> ad Pilatum,<sup>e</sup> & tradiderunt<sup>a</sup> Pontio<sup>e</sup> Pilato<sup>a</sup> praesidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, poenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus, dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos tu videris. Et proiecit argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia precium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulcrum peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldema, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati, quae appreciauerunt à filiis Israël, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.

Accu-

¶ Accusatur coram Pilato, & ab eo mittitur ad Herodem. Matthaei 27. Mar. 15. Luc. 23. Iohan. 18.

## CAPVT CXLI.

**A**d Dducunt ergo Iesum à Caipha in pratorium. Erat autē mane, & ipsi non introierunt in pratorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem afferitis aduersus hominē hūc? Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eū. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legē vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudaei: Nobis nō licet interficere quēquam. Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, Significans qua morte esset moriturus.<sup>c</sup> Coeperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Caesari, & dicentem se Christum regem esse.<sup>d</sup> Introiuit ergo iterum in pratorium Pilatus, & vocauit Iesum.<sup>a</sup> Iesus autem stetit ante praesidem, <sup>+1</sup> & intro <sup>+c. Pilatus</sup> terrogauit eū <sup>a</sup> praeses <sup>h</sup> Pilatus, <sup>Δ<sup>n</sup></sup> & <sup>ait</sup> interrogaui eum: <sup>d</sup> illi: P Tu es rex Iudaeorum? <sup>g</sup> ait eum: <sup>d</sup> Respondit Iesus: A temetipso hoc di <sup>Δ<sup>f</sup></sup> dicens <sup>ais</sup>, an alij tibi dixerunt de me? Re-

spondit Pilatus: Nūquid ego Iudæus sum? gens tua & pontifices tradiderūt te mihi. quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnū meū, ministri mei vtique decertarent, vt nō traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? <sup>h</sup> At ille <sup>o</sup> respondens <sup>d</sup> ait: <sup>e</sup> illi <sup>o</sup> Iesus: <sup>p</sup> Tu dicis <sup>d</sup> quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mūdum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocē meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cūm hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, || & k dicit <sup>c</sup> Pilatus <sup>†</sup> ad principes sacerdotū, & turbas: <sup>k</sup> Ego <sup>d</sup> nihil inuenio causę in hoc homine. <sup>b</sup> Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. <sup>a</sup> Et cūm accusaretur à principibus sacerdotū, & senioribus, nihil respondit. Tūc || <sup>e</sup> Pilatus <sup>b</sup> rursum interrogauit eum, <sup>e</sup> dicens <sup>a</sup> illi: Non audis quantā aduersum te dicūt testimonia? <sup>b</sup> Non respōdes quicquā? Vide in quantis te accusant. Iesus autē amplius <sup>e</sup> <sup>†</sup> nihil respondit <sup>a</sup> ei ad vllū verbum, <sup>e</sup> ita vt miraretur præses <sup>a</sup> vehementer. <sup>c</sup> At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa

† d. respōdit  
▷ a. dicit

|| c. ait autē  
† d. eis  
▷ d. Nullā  
inuenio in  
eo causam  
|| a. dicit illi  
Pilatus

† a. & non  
respondit

Galilæa vsq; huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eū ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde, erat enim cupiens ex multo tempore videre eū, eō quod audiret multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respōdebat. Stabant autem principes sacerdotum, & scribæ constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cū exercitu suo, & illudit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die, nam antea inimici erant adinuicem.

¶ Barabba dimisso flagellatus & coronatus Christus, traditur crucifigendus Matthei 27. Mar. 15. Luce 23. Iohannis 18. 19.

## CAPVT CXLII.

P<sup>c</sup>ilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in qui-

bus eum accusatis, sed neq; Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignū morte actum est ei. emendatū ergo illum dimittam. <sup>1</sup> Per diem autē

<sup>†</sup> h. festum <sup>†</sup> solenne <sup>▷</sup> e consueuerat [ & ] <sup>c</sup> ne-  
<sup>▷</sup> b. solebat <sup>c</sup> esse \* habebat <sup>a</sup> p̄sēs || <sup>1</sup> populo di-  
<sup>\* c.</sup> autem <sup>†</sup> mittere <sup>v</sup> nnum <sup>†</sup> e ex vinc̄tis, quem cū-  
|| <sup>h.</sup> dimitt- que petissent, habebat autem <sup>a</sup> tunc  
<sup>tere</sup> illis <sup>vinctū</sup> in signē, <sup>e</sup> qui dicebatur Barab-  
<sup>†</sup> b. vinctū <sup>b</sup> bas, <sup>b</sup> qui cū seditiosis erat vinctus, qui  
<sup>quē</sup> voluis- in seditioe fecerat homicidiū. Et cum  
<sup>sent.</sup> Erat ascendisset turba, cœpit rogare, sicut  
<sup>autem</sup> semper faciebat illis. <sup>a</sup> Congregatis  
<sup>\* b.</sup> autem ergo illis, <sup>e</sup> Pilatus <sup>\* b</sup> respōdit eis, &  
<sup>e</sup> dixit: <sup>d</sup> Est autē consuetudo vobis, vt  
vnum dimittā vobis in Pascha. <sup>i</sup> Vultis <sup>d</sup> ergo <sup>i</sup> dimittā vobis regē Iudæo-  
rum? <sup>a</sup> Quem vultis? Dimittam vobis Barrabam, an Iesum, qui dicitur  
Christus? <sup>e</sup> Sciebat enim quod per in-  
uidiam tradidissent eum <sup>b</sup> summi sa-  
cerdotes. <sup>a</sup> Sedente autē illo pro tribu-  
nali, misit ad eum vxor eius, dicens: Ni-  
hil tibi & iusto illi, multa enim passa

<sup>▷</sup> b. Barab sum hodie per visum propter eum,  
<sup>bā</sup> dimitte- <sup>e</sup> Principes autē sacerdotum, <sup>a</sup> & se-  
<sup>ret</sup> eis <sup>b</sup> concitauerunt turbam [ & ]  
|| <sup>c.</sup> Excla- <sup>a</sup> persuaferunt populis, <sup>e</sup> vt <sup>b</sup> magis  
<sup>mauit</sup> autē <sup>▷</sup> e peterēt Barrabam, <sup>a</sup> Iesum verō  
<sup>simul</sup> vni- perderēt. Respondens autē p̄sēs ait  
<sup>uersa</sup> turba <sup>illis</sup>: Quē vultis vobis de duobus di-  
<sup>dicens</sup> mitti? || At illi <sup>k</sup> clamauerūt <sup>d</sup> rursum

omnes

<sup>k</sup> omnes <sup>c</sup> simul <sup>†</sup> n dicentes: <sup>d</sup> Non <sup>†</sup> a. dixerūt  
hūc, sed <sup>c</sup> tolle hunc, & dimitte nobis  
<sup>n</sup> Barrabā. <sup>d</sup> Erat autē Barrabbas Iu-  
tro, <sup>c</sup> qui erat propter seditionē quan-  
dam factā in ciuitate, & homicidium  
missus in carcerē. <sup>c</sup> Iterum autē Pilatus  
locutus est ad eos, volēs dimittere le- <sup>▷</sup> a. dicit  
sum. <sup>c</sup> Pilatus <sup>b</sup> autē iterum respondēs || <sup>b.</sup> o. igitur  
<sup>▷</sup> e ait <sup>†</sup> illis: Quid || ergo <sup>b</sup> vultis <sup>c</sup> fa- <sup>†</sup> b. regi Iu-  
ciā <sup>†</sup> de Iesu, <sup>g</sup> dicitur Christus? <sup>†</sup> b At <sup>d</sup> eorum  
illi <sup>b</sup> iterū <sup>▷</sup> h <sup>†</sup> suclamabāt? || <sup>f</sup> dicēs? <sup>▷</sup> h. clama-  
<sup>a</sup> oēs: Crucifigatur, <sup>c</sup> crucifige, <sup>h</sup> cruci- <sup>uerunt</sup>  
fige eū. <sup>†</sup> Pilatus verō <sup>c</sup> tercio <sup>▷</sup> l di- <sup>||</sup> a. dicunt  
xit ad illos: Quid enim mali fecit <sup>†</sup> c. illi autē  
<sup>c</sup> iste? nullā causam mortis inuenio in <sup>▷</sup> a. ait illis  
eo. Corripā ergo illū, & dimittā. <sup>1</sup> At <sup>pr̄sēs</sup> b. dā  
illi <sup>c</sup> instabāt vocibus magnis postulā- <sup>cebat</sup> illis  
tes vt crucifigeretur, & inualescebant  
voces eorum, [ & ] <sup>e</sup> magis clamabāt,  
<sup>a</sup> dicentes: Crucifigatur, <sup>d</sup> Tolle, tolle, <sup>†</sup> b. cōuocāt  
<sup>i</sup> crucifige eū. Dicit eis Pilatus: Regem <sup>▷</sup> b. o. totā  
vestrū crucifigā? <sup>d</sup> Tūc ergo apprehē- <sup>||</sup> b. induūt  
dit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et <sup>eū</sup> purpura  
<sup>a</sup> tūc <sup>m</sup> milites <sup>a</sup> p̄sēdis suscipiētes Ie- <sup>d.</sup> veste pur-  
sum in pratorio, <sup>b</sup> duxerūt eū in <sup>a</sup> triū <sup>purea</sup>  
pratorio, <sup>†</sup> & <sup>†</sup> e congregauerunt <sup>a</sup> ad <sup>†</sup> b. impo-  
eū <sup>▷</sup> e vniuersam cohortem, & <sup>a</sup> ex- <sup>nūt</sup> ei ple-  
uētes eum, || <sup>m</sup> chlamydem cocci- <sup>entes</sup> spi-  
neam <sup>m</sup> circumdederunt ei, & <sup>†</sup> plecten- <sup>neā</sup> coronā  
tes coronam de spinis <sup>▷</sup> pofuerūt (su- <sup>▷</sup> d. impo-  
per caput eius, <sup>a</sup> & arundinem in dex- <sup>suerūt</sup> capi-  
tra eius. <sup>d</sup> Et veniebant ad eum, <sup>a</sup> & <sup>ti</sup> eius

genu



genu flexo ante eum, illud ebat ei, <sup>b</sup> & <sup>†</sup> & dicebāt: <sup>†</sup> *dicentes*  
 cœperunt salutare eum, <sup>†</sup> & dicebāt:  
 m Aue rex Iudæorum. <sup>b</sup> Et conspu-  
 ebant eum. <sup>a</sup> Et expuentes in eum, ac-  
 ceperunt arundinem, <sup>e</sup> & percutiebāt  
 caput eius <sup>b</sup> arundine, <sup>d</sup> & dabant ei  
 alapas, <sup>b</sup> & ponentes genua adora-  
 bant eum. <sup>d</sup> Exiuit iterum Pilatus, &  
 dicit eis: Ecce adduco vobis eum fo-  
 rās, vt cognoscatis, quia in eo nullam  
 inuenio causam. Exiuit ergo Iesus fo-  
 rās, portās coronam spineam, & pur-  
 pureum vestimentū. Et dicit eis: Ecce  
 homo. Cūm ergo vidissent eum pon-  
 tifices, & ministri, clamabant, dicētes:  
 Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pi-  
 latus: Accipite eum vos, & crucifigite,  
 ego enim non inuenio in eo causam.  
 Responderūt ei Iudæi: Nos legem ha-  
 bemus, & secundum legem debet mo-  
 ri, quia filium Dei sefecit. Cūm ergo  
 audisset Pilatus hunc sermonem, mag-  
 gis timuit. Et ingressus est pratorium  
 iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu?  
 Iesus autem responsum non dedit ei:  
 Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nō loque-  
 ris? nescis, quia potestatem habeo cru-  
 cifigere te, & potestatem habeo dimit-  
 tere te? Respondit Iesus: Non haberes  
 potestatem aduersum me ullam, nisi  
 tibi datum esset desuper. Propterea,  
 qui me tradidit tibi, maius peccatum  
 habet.

habet. Et exinde querebat Pilatus di-  
 mittere eū. Iudæi autem clamabāt di-  
 centes: Si hunc dimittis, nō es amicus  
 Cæsaris: omnis enim qui se regem fa-  
 cit, contradicit Cæsari. Pilatus autem  
 quum audisset hos sermones, adducit  
 forās Iesum, & sedit pro tribunali in  
 loco qui dicitur Lithostrotos, hebrai-  
 cè autem Gabbatha. Erat autem pa-  
 rasceue paschæ hora quasi sexta. & di-  
 cit Iudæis: Ecce rex vester. Illi autem  
 clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum.  
 Dicit eis Pilatus: Regem vestrum cru-  
 cifigā? Responderunt pontifices: Non  
 habemus regem nisi Cæsarem. <sup>a</sup> Vi-  
 dens autem Pilatus quia nihil profi-  
 ceret, sed magis tumultus fieret, acce-  
 pta aqua lauit manus coram populo,  
 dicens: Innocens ego sum à sanguine  
 iusti huius, vos videritis. Et respondēs  
 vniuersus populus, dixit: Sanguis eius  
 super nos, & sup filios nostros. <sup>†</sup> <sup>h</sup> Pi-  
 latus autē <sup>a</sup> tunc <sup>b</sup> volens populo sa-  
 tisfacere, <sup>c</sup> adiudicauit fieri petitionē  
 eorū. <sup>†</sup> Dimisit <sup>c</sup> autē <sup>†</sup> illis <sup>c</sup> eū qui pro-  
 pter homicidiū, & seditionem missus  
 erat in carcerē, quē petebāt, <sup>e</sup> Barabbā,  
<sup>†</sup> Iesum verdē flagellatū <sup>†</sup> tradidit  
 eis <sup>c</sup> voluntari eorum. <sup>d</sup> Tunc ergo  
 tradidit eis illum, <sup>m</sup> vt crucifigeretur.

¶ Dicitur a cruce et crucifigitur.

Mat. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioh. 19.

† c. o. Et Pi-  
 latus

> b. & tra-  
 didit Iesum  
 flagellis co-  
 sum

†<sup>b</sup>. *purpu-  
ra*  
▷ *b. o. suis*  
|| *a. o. duxe*  
*runt eum*  
*b. educit eū*

†<sup>b</sup>. *Simonē*  
*Cyreneum*  
*c. Simonem*  
*Cyrenēsem*

† & dederunt ei vinum<sup>b</sup> myrrhatum †<sup>b</sup>. *da*  
e bibere<sup>a</sup> cum felle mistū. Et cum gu-  
stasset noluit bibere, <sup>b</sup> & non accepit. *bant ei bibe*  
*re vinum*  
c Et postquā venerunt in locum, qui ▷ <sup>d</sup>. *vbi*  
vocatur Caluarie, ▷ <sup>k</sup> ibi<sup>7</sup> crucifixe- || <sup>a</sup>. *crucifixi*  
runt eum, <sup>o</sup> & <sup>a</sup> tunc || <sup>b</sup> crucifigunt *sunt cum eo*  
m cum eo<sup>d</sup> alios<sup>m</sup> duos p latrones *duo latrones*  
d hinc & hinc, †<sup>l</sup> vnum a dextris, & †<sup>a</sup>. *vn<sup>9</sup>* *o*  
▷ alterum<sup>a</sup> a sinistris<sup>b</sup> eius,<sup>d</sup> medium *vnus*  
autē Iesum.<sup>b</sup> Et impleta est scriptura ▷ <sup>b</sup>. *o. aliq*

quæ dicit: Et cum iniquis reputatus  
est.<sup>d</sup> Scripsit autē et titulum Pilatus,  
& posuit super crucem.<sup>a</sup> Et imposue-  
rūt super caput eius causam ipsius scri-  
ptā. || <sup>o</sup> Et erat<sup>b</sup> titulus<sup>b</sup> causæ eius || *c. Erat autē*  
<sup>o</sup> inscriptus<sup>c</sup> super eum literis græcis, *o. super*  
& latinis, & hebraicis: f Hic est Iesus *scriptio scri*  
d Nazareus, p rex Iudæorum.<sup>d</sup> Hūc *pta. d. erat*  
ergo titulum multi Iudæorum lege-  
runt, quia prope ciuitatem erat locus  
vbi crucifixus est Iesus. Erat scriptū  
hebraicè, grecè, & latinè. Dicebāt ergo  
Pilato pontifices Iudæorum: Noli scri-  
bere, Rex Iudæorum: sed quia ipse di-  
xit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pi-  
latus: Quod scripsit, scripsi. c Iesus autē *b. o. cruci-*  
dicebat: Pater dimitte illis, non enim *figentes eū*  
sciunt quid faciunt. Milites ergo ▷ <sup>c</sup>. *diuise-*  
†<sup>m</sup> cum crucifixissent eum<sup>d</sup> accepe-  
runt vestimēta eius (& fecerunt qua-  
tuor partes, vnicuique militi partem) *mittētes sog*  
& tunicam. ▷ <sup>l</sup> Diuidentes verd ve-  
stimen-

†<sup>b</sup>. *da*  
*bant ei bibe*  
*re vinum*  
*d. vbi*  
*crucifixi*  
*sunt cum eo*  
*duo latrones*  
*vnus*  
*b. o. aliq*  
*c. Erat autē*  
*o. super*  
*scriptio scri*  
*pta. d. erat*  
*autē scriptū*  
*b. o. cruci-*  
*figentes eū*  
*c. diuise-*  
*mittētes sog*  
*tern*

† & dederunt ei vinum<sup>b</sup> myrrhatum †<sup>b</sup>. *da*  
e bibere<sup>a</sup> cum felle mistū. Et cum gu-  
stasset noluit bibere, <sup>b</sup> & non accepit. *bant ei bibe*  
c Et postquā venerunt in locum, qui ▷ <sup>d</sup>. *vbi*  
vocatur Caluarie, ▷ <sup>k</sup> ibi<sup>7</sup> crucifixe- || <sup>a</sup>. *crucifixi*  
runt eum, <sup>o</sup> & <sup>a</sup> tunc || <sup>b</sup> crucifigunt *sunt cum eo*  
m cum eo<sup>d</sup> alios<sup>m</sup> duos p latrones *duo latrones*  
d hinc & hinc, †<sup>l</sup> vnum a dextris, & †<sup>a</sup>. *vn<sup>9</sup>* *o*  
▷ alterum<sup>a</sup> a sinistris<sup>b</sup> eius,<sup>d</sup> medium *vnus*  
autē Iesum.<sup>b</sup> Et impleta est scriptura ▷ <sup>b</sup>. *o. aliq*

quæ dicit: Et cum iniquis reputatus  
est.<sup>d</sup> Scripsit autē et titulum Pilatus,  
& posuit super crucem.<sup>a</sup> Et imposue-  
rūt super caput eius causam ipsius scri-  
ptā. || <sup>o</sup> Et erat<sup>b</sup> titulus<sup>b</sup> causæ eius || *c. Erat autē*  
<sup>o</sup> inscriptus<sup>c</sup> super eum literis græcis, *o. super*  
& latinis, & hebraicis: f Hic est Iesus *scriptio scri*  
d Nazareus, p rex Iudæorum.<sup>d</sup> Hūc *pta. d. erat*  
ergo titulum multi Iudæorum lege-  
runt, quia prope ciuitatem erat locus  
vbi crucifixus est Iesus. Erat scriptū  
hebraicè, grecè, & latinè. Dicebāt ergo  
Pilato pontifices Iudæorum: Noli scri-  
bere, Rex Iudæorum: sed quia ipse di-  
xit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pi-  
latus: Quod scripsit, scripsi. c Iesus autē *b. o. cruci-*  
dicebat: Pater dimitte illis, non enim *figentes eū*  
sciunt quid faciunt. Milites ergo ▷ <sup>c</sup>. *diuise-*  
†<sup>m</sup> cum crucifixissent eum<sup>d</sup> accepe-  
runt vestimēta eius (& fecerunt qua-  
tuor partes, vnicuique militi partem) *mittētes sog*  
& tunicam. ▷ <sup>l</sup> Diuidentes verd ve-  
stimen-



illic stātes, & audientes dicebāt. **b** Ecce **e** Eliam vocat **a** iste. **d** Postea sciens Iesus, quia omnia iā cōsummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam a-

**† a.** Et cōtinuo **b.** autem **† b.** & implens spongiā aceto circumponēsq; clamans, potū dabat ei **|| c.** Et clamans Iesus

**† a.** emisit spiritū **b.** exspiravit **† b.** & in duo

**|| a.** Ceterum autem **b** Videns **||** autē Cōcurio **b** qui ex aduerso stabat **c** quod factum fuerat, **b** quā sic clamās expirāset, **c** glorificauit Deum

Deum **† b** dicens **?** **c** Verè hic homo iustus erat, **b** verè hic homo filius Dei erat. **a** Et qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terrā motu & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Verè filius Dei erat iste. **c** Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutiētes pectora sua, reuertebātur. **e** Erant autem **a** ibi **b** & **e** mulieres **a** multæ **e** de longè **b** aspiciētes, **a** quæ secutæ erant Iesum à Galilæa ministrātes ei, **e** inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi **b** minoris, **e** & Ioseph mater, & **a** mater filiorum Zebedæi, **b** Salome, & cū esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei, & aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam. **c** Strabant autem omnes noti eius à longè & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa hæc videntes.

**¶** Aperitur eius latus & sepelitur honorificè *Matthæi 27. Mar. 15. Lucæ 23. Iohannis 19.*

## CAPVT CXLIIII.

**I**d Vdæi ergo (quoniam parasceue erat) vt non remanerent in cruce corpora sabbatho (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauerunt Pilatum,

tum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem frugerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderūt eum iam mortuum, non frugerūt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & cōtinuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimoniū perhibuit, & verū est testimonium eius. Et ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis: facta sunt enim hæc vt scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transixerunt.

† b. Et cū Post hæc autem † c. cū iam serò ūā serò. a. c. factū esset (quia erat parasceue, quod autem serò est ante sabbathum) c. & ecce venit

▷ c. vir ▷ f. homo<sup>a</sup> quidam diues<sup>1</sup> ab Arimathea<sup>c</sup> ciuitate Iudææ<sup>f</sup> nomine<sup>1</sup> Ioseph, c. q. erat<sup>b</sup> nobilis<sup>b</sup> decurio, c. vir bonus & iustus, a. qui & ipse discipulus erat Iesu, c. hic non consenserat cōfilio, & actibus eorum, ||<sup>h</sup> qui expectabat & ipse<sup>1</sup> regnum Dei, ||<sup>1</sup> Hic<sup>b</sup> audacter †<sup>1</sup> introiuit<sup>1</sup> ad Pilatum, d. & rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathea (eò quòd esset discipulus Iesu, occultus autem propter metū Iudæorum) || & petijt, d. vt tolleretur corpus Iesu. b. Pilatus autem mirabatur, si iam obijisset. Et accersito Centurione interrogauit eum

eum si iam mortuus esset. Et cū cognouisset à Centurione, a. tunc Pilatus b. donauit corpus Ioseph, d. & permisit Pilatus [&] a. iussit reddi corpus. b. Ioseph autem mercatus sindonē, d. venit \* & tulit corpus Iesu, l. & b. deponens eū, a. accepto corpore, Ioseph<sup>1</sup> inuoluit a. illud<sup>c</sup> depositū<sup>a</sup> in l. sindone<sup>a</sup> munda, l. & posuit † illud<sup>†</sup> in monumento<sup>a</sup> suo nouo, ▷<sup>1</sup> quod exciderat<sup>c</sup> in petra, c. in quo nondum quisquā positus fuerat. d. Venit autē & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primū, ferens mixturā myrrhæ, & aloës, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cū aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autē in loco, vbi crucifixus est, ortus, & in orto monumentum nouum, in quo nondum quisquā positus erat. Ibi ergo propter parasceue Iudeorū, q. iuxta erat monumentū, posuerūt Iesum. c. Et aduoluit [Ioseph] || saxum<sup>a</sup> magnū<sup>e</sup> ad ostiū monumenti, a. & abiit. Erāt autē ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedētes cōtra sepulchrum. b. Maria autē Magdalene, & Maria Ioseph aspiciēbāt vbi poneretur. c. Et dies erat parasceus, & sabbathum illucebat, Subsecutæ autē mulieres, quæ cum eo venerāt de Galilæa, viderūt monumentū, & quæ-

\* ergo

† b. cum

▷ c. exciso

b. quoderat

excisum de

|| b. o. lapidem

admodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, & sabbatho quidem siluerunt secundum mandatum. <sup>a</sup> Altera autem die, quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum, & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, ne forte veniat discipuli eius, & furentur cum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Haberis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

¶ *Resurgit Christus & angeli apparēt mulieribus.* Matth. 28. Mar. 16. Lucae 24. Iohannis 20.

## CAPVT CXLV.

† <sup>b</sup>. Et val de mane **V** <sup>a</sup> Espere autem sabbathi, quæ lucefcit in prima sabbathi, venit *yna sabba* Maria Magdalene, & altera Maria *vi* zhorum *dere* sepulchrū. <sup>b</sup> Et cūm trāsisset *sab* d. *Vna autē* barthum, Maria Magdalene, & Maria *sabbathi* Iacobi, & Salome emerunt aromata, *Maria Ma* vt venientes vngerent Iesum. † <sup>o</sup> *Vna* *gdalene ve* autem sabbathi valde diluculo<sup>d</sup>, cūm *nit mane* adhuc tenebræ essent, <sup>o</sup> venerunt ad *mo*

monumentum, <sup>b</sup> orto iam sole, <sup>c</sup> portantes quæ parauerant aromata. <sup>a</sup> Et ecce terremotus factus est magnus, angelus enim Domini descēdit de celo, & accedēs reuoluit lapidē, & sedebat super eum. Erat autē aspectus eius sicut fulgur, & vestimēta eius sicut nix. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. <sup>b</sup> Et dicebant ad inuicē: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumēti? <sup>i</sup> Et <sup>b</sup> respicientes † <sup>i</sup> viderunt<sup>c</sup>, <sup>c</sup> & inuenerunt <sup>o</sup> lapidem ▷ reuolutum<sup>g</sup> k <sup>d</sup>. <sup>d</sup>. *vidit* <sup>d</sup>. *sublatū*

monumento, <sup>b</sup> erat quippe magnus valde. Et introēuntes in monumentū, viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola cādida, & obstupuerunt. <sup>a</sup> Respondens autem || <sup>e</sup> angelus dixit<sup>b</sup> illis <sup>a</sup> mulieribus: <sup>c</sup> Nolite † expauescere<sup>a</sup> vos: scio enim <sup>g</sup> † <sup>a</sup>. *timere* ▷ <sup>e</sup> Iesum <sup>b</sup> Nazarenum, <sup>c</sup> qui cruci ▷ <sup>b</sup>. *Iesum* fixus est, queritis: non est hic, surrexit<sup>a</sup> *queritis Na* <sup>a</sup> enim, sicut dixit: venite, & || <sup>e</sup> videte *zarenū cru* locū, vbi positus erat Dominus. <sup>b</sup> Sed *cifixum, sur* ite<sup>a</sup> & citō euntes <sup>c</sup> dicite discipulis *rexit, non* eius, <sup>b</sup> & Petro, † <sup>c</sup> quod<sup>a</sup> surrexit, & *est hic* ecce <sup>c</sup> præcedit vos in Galilæam, ibi || <sup>b</sup>. *ecce lo* eum videbitis <sup>b</sup> sicut dixit vobis, <sup>a</sup> *Ec* <sup>c</sup> *cus vbi po* prædixi vobis. <sup>c</sup> Et ingressæ non *suerūt eum* inuenerunt corpus Domini Iesu. Et † <sup>a</sup>. *quia* factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt

secus illas in veste fulgenti. Cùm time-  
rēt autē, & declinarēt vultum in terrā,  
dixerunt ad illas: Quid quaritis viuē-  
tem cum mortuis? Nō est hīc, sed sur-  
rexit, recordamini qualiter locutus est  
vobis, cùm adhuc in Galilæa esset, di-  
cēs: Quia oportet filium hominis tra-  
di in manus peccatorum, & crucifigi,  
& die tertia resurgere. Et recordata  
sunt verborum eius. <sup>b</sup> At ille † <sup>e</sup> exeu-  
tes <sup>a</sup> citò <sup>b</sup> fugerunt <sup>e</sup> de monumēto  
<sup>a</sup> cum timore, & gaudio magno, cur-  
rentes nūtiare discipulis eius. <sup>b</sup> Inua-  
ferat enim eas tremor, & pauor, & ne-  
mini quicquā dixerūt, timebāt enim.  
<sup>c</sup> Et regressæ à monumēto, nūntiaue-  
runt hæc omnia illis vndecim, & cæ-  
teris omnibus. Erat autē Maria Mag-  
dalene, & Iohanna, & Maria Iacobi,  
& cætera quæ cum eis erant, quæ di-  
cebant ad apostolos hæc. Et visa sunt  
ante illos sicut deliramentū verba ista,  
& nō crediderunt illis. <sup>d</sup> Cucurrit er-  
go [ Maria Magdalene ] & venit ad  
Simonem Petrum, & ad alium disci-  
pulum quem amabat Iesus, & dicit il-  
lis: Tulerunt Dñm de monumento, &  
nescimus vbi posuerunt eum. <sup>c</sup> Petrus  
autem surgens cucurrit ad monumē-  
tum. <sup>d</sup> Exijt ergo Petrus, & ille alius  
discipulus, & venerunt ad monumen-  
tum, Currebāt autē duo simul, & ille

alius

alius discipulus præcucurrit citius Pe-  
tro, & venit primus ad monumētum.  
Et cùm se inclinasset, videt posita lin-  
teamina, non tamen introiuit. Venit  
ergo Simō Petrus sequēs eum, & in-  
troiuit in monumentū, k & <sup>c</sup> procū-  
bens k vidit linteamina <sup>c</sup> sola k posita,  
<sup>d</sup> & sudariū quod fuerat super caput  
eius, nō cum linteaminibus positum,  
sed separatim inuolutum in vnum lo-  
cū. Tunc ergo introiuit & ille discipu-  
lus qui venerat primus ad monumen-  
tum, & vidit, & credidit, nondū enim  
sciebāt scripturā, quia oporteret eum à  
mortuis resurgere. Abierunt ergo ite-  
rum discipuli ad semetipsos, <sup>c</sup> & abijt  
[ Petrus ] secum mirans quod factura  
fuerat. <sup>d</sup> Maria autem stabat ad mo-  
numentum foris ploras. Dū ergo fle-  
ret, inclinavit se, & prospexit in monu-  
mētum, & vidit duos angelos in albis  
sedētes, vnū ad caput, & vnū ad pedes,  
vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicūt  
ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis:  
Quia tulerunt Dñm meum, & nescio  
vbi posuerunt eum. Hæc cùm dixisset,  
conuersa est retrorsum, & vidit Iesum  
stantem, & non sciebat quia Iesus est.  
Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras? quē  
quæris? Illa existimans quia hortula-  
nus esset, dicit ei: Domine, si tu sustu-  
listi eum, dicito mihi vbi posuisti eū?

† <sup>a</sup>. Et exie-  
runt

& ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur, magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. <sup>b</sup> Surgens autem [Iesus] mane prima sabbathi, apparuit primò Mariæ Magdalene de qua eiecerat septem daemona. Illa vadēs <sup>a</sup> & ecce Iesus occurrit illis, dicēs: Auete. Illæ autem accesserunt & tenuerūt pedes eius, & adorauerunt eū. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere, ite, nūtiatē fratribus meis, vt eant in Galilæā, ibi me videbūt. Quæ eōdē abijissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nūtiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et cōgregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. Et si hoc auditū fuerit à Præsīde, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos, vsque in hodiernum diē. <sup>d</sup> Venit Maria Magdalene †<sup>i</sup> annuntians <sup>b</sup> his qui cum

† <sup>b</sup>. nuntia  
uit

eo fuerant iugētibus & stētibus <sup>d</sup> discipulis, quia vidi Dominū, & hæc dixit mihi. <sup>b</sup> Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, nō crediderunt.

¶ Apparuit Dominus duobus discipulis euntibus in Emaus. Marci 16.  
Lucæ 24. CAP. CXLVI.

**P**<sup>a</sup> Ost hæc autem duobus ex his ambulantis ostensus est in alia effigie, euntibus in villam, & illi euntes, nuntiauerūt cæteris. <sup>c</sup> Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellū, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem nomine Emaus, & ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est, dum fabularētur, & secum quarerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis, oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermone, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus, cui nomē Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potēs in opere & sermone corā Deo, & omni populo. Et quomodo eū tra-



diderunt summi sacerdotes & principes nostri in dānationē mortis, & crucifixerunt eum, nos autē sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël, & nunc super hęc omnia tertia dies est hodie, q̄ hęc facta sunt. Sed & mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucē fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse, qui dicunt eū uiuere. Et abierūt quidā ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum uerò non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt propheta. Nōne hęc oportuit pati Christū, & ita intrare ī gloriā suā? Et incipiēs à Moysē & omnib⁹ prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quę de ipso erant. Et appropinquauerūt castello quod ibant, & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscū Dñe, quoniam aduersascat, & inclinata est iā dies. Et intrauit cū illis. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eū, & ipse euauit ex oculis eorum, & dixerunt ad inuicem: Nōne cor nostrum

strum ardēs erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes: Quod surrexit Dominus uerē, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis, & illi euntes nuntiauerunt cæteris, <sup>b</sup> nec illis crediderunt.

¶ *Bis apparet Dominus congregatis in domo discipulis. Marci 16. Luc. 24. Iohan. 20. CAP. CXLVII.*

**N**<sup>b</sup> Ouisimē autem, <sup>c</sup> dum \* hęc \* *autem* loquuntur <sup>b</sup> recumbentibus illis undecim apparuit Iesus. <sup>d</sup> Cū ergo serō esset die illo vna sabbathorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter merum Iudæorū, uenit Iesus, & k stetit <sup>c</sup> Iesus k in medio <sup>c</sup> eorum, k & dicit eis: Pax uobis, <sup>c</sup> ego sum, nolite timere. Conturbati uerò & conterriti, existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum, palpite, & uidete, quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me uideritis habere. k Et cū † hoc dixisset, ostendit eis manus, <sup>c</sup> &

pedes, <sup>d</sup> & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino. <sup>c</sup> Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauam mellis. Et cum manducassent coram illis, sumens reliquias, dedit eis: <sup>b</sup> Et exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. <sup>d</sup> Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixisset insufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim quid dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo et alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomas: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & asser manum tuam, & mitte in latus meum

meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei. Dominus meus, & Deus meus. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thomas, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

¶ *Apparet discipulis Dominus ad mare Galilee.* Iohannis 21.

## CAPVT CXLVIII.

POSTea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, quod dicitur Didymus, & Nathanaël, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam factò, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmētarium habetis? Responderunt ei: Non. Dixit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & in-

uenietis. Miserunt ergo, & iā non ualebant illud trahere prae multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille qui diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio uenerunt [non enim longē erant à terra, sed quasi cubiti ducētis] trahētes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terrā, uiderūt prunas positas, & piscē superpositum, & panē. Dicit eis Iesus: Asserte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simō Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, cētum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, nō est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo uidebat discipulū interrogare eum, Tu quis es? Scitis quia Dominus est. Et uenit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cum surrexisset à mortuis. Cum ergo prae-dissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simō Iohannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiā Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Iohannis diligis me? At illi: Etiam Dñe tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio:

*Discidium*

tertio: Simon Iohannis amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me. & dixit ei: Domine tu omnia scis, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, Cum esles iunior, cingebas te, & ambulabas ubi uolebas: cum autem senueris, extēdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod tu nō uis. Hoc autē dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus uidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine quis est qui tradet te? Hūc ergo cum uidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum uolo manere, donec ueniā, quid ad te? tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille nō moritur. Et nō dixit ei Iesus, Non moritur. sed, Sic eū uolo manere donec ueniā, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia uerum est testimonium eius.

¶ Apparet Dñs discipulis in mote Galilææ.  
Mat. 28. Mar. 16. CAP. CXLIX.

V<sup>a</sup> Ndecim autem discipuli abierunt in Galilæā, in montem ubi  
P 7 consti-



# S V M M A R I A

## OMNIUM CAPITVM

concordiæ quibus breuiter ordine  
comprehenditur tota, quæ de  
Christo est, euangeli-  
ca historia.

|       |                                     |           |
|-------|-------------------------------------|-----------|
| d. 1. | <b>V</b> erbum Dei æternum, vna I.  | Capitulum |
|       | & lux caro factum est.              |           |
| o. 1. | Annuntiatur Iohannis conceptio II.  |           |
|       | Zachariæ, & cõcipitur ab Eli-       |           |
|       | zabeth.                             |           |
| c. 1. | Nuntiatur Mariæ, Christi incar-     |           |
|       | natio.                              |           |
| e. 1. | Visitatũr à Maria Elizabeth. III.   |           |
| c. 1. | Nascitur Iohannes, & Zachariæ V.    |           |
|       | recepta loquela benedicti Dei.      |           |
| a. 1. | Textitur à Matthæo genealogia VI.   |           |
|       | Christi.                            |           |
| a. 1. | Angelus Iosepho nuntiat sacrum VII. |           |
|       | virginis conceptum.                 |           |
| e. 2. | Natus in Bethlehẽm Dominus pa VIII. |           |
|       | storulus nuntiatũr, & circum-       |           |
|       | ciditur.                            |           |
| a. 2. | Magi stella duce inuentum Chri-     |           |
|       | stum adorant.                       |           |
| e. 2. | Oblatus in templo Christus à Si-    |           |
|       | meone & Anna agnoscitur.            |           |
| a. 2. | Angeli monitu fugit in Aegyptũ, xi. |           |
|       | & redit Ioseph.                     |           |
| e. 2. | Quæsitus à parẽtilus Iesus inue-    |           |
|       | xit.                                |           |

# S V M M A R I A.

nitur in templo.

|        |  |
|--------|--|
| xiii   | Predicat & baptizat Iohannes a. 3. b. 1. c. 3.                   |
|        | Baptista.  |
| xiiii  | Baptizatur à Iohanne Christus, a. 3. b. 1. c. 3.                 |
|        | eiusque à Luca genealogia in<br>Deum reducitur.                  |
| xv     | Ieiunat, & tentatur in deserto a. 4. b. 1. c. 4.                 |
|        | Christus.  |
| xvi    | Iohannes testificatur de Christo. d. 1.                          |
| xvii   | Demonstratum à Iohanne Chri- d. 1.                               |
|        | stum quinque discipuli agno-<br>scere & sequi incipiunt.         |
| xviii  | Mutatur aqua in vinũ in nuptijs. d. 2.                           |
| xix    | In paschate eijcit Dñs vendentes & d. 2.                         |
|        | emẽtes in tẽplo, moriẽ & resur-<br>rectionem suã Iudeis insinuã. |
| xx     | Nicodemus docetur mysteria fidei. d. 3.                          |
| xxi    | Baptizat per discipulos Christus in d. 3.                        |
|        | Iudæa.   |
| xxii   | Iohannes ab Herode ob reprehẽsum a. 14. b. 6.                    |
|        | adulteriã recluditur in carcerẽ. c. 3.                           |
| xxiii  | Iohanne tradito Christus rediens a. 4. b. 1.                     |
|        | in Galileam per Samariã, mu- c. 4. d. 4.                         |
|        | lieri Samaritanæ innotescit.                                     |
| xxiiii | Sanatur à febrĩ filius reguli. d. 4.                             |
| xxv    | Predicat in Galilea Christus, & a. 4. b. 1. c. 4.                |
|        | fama eius vbique spargitur.                                      |
| xxvi   | Vocati è nauĩ quatuor discipuli se- a. 4. b. 1. c. 5.            |
|        | quuntur Christum.  |
| xxvii  | Sanatur in synagoga demoniacus. b. 1. c. 4.                      |
| xxviii | Curatur à febrĩ socrus Simonis, & a. 8. b. 1. c. 4.              |
|        | ægroĩ multi.   |

S V M M A R I A.

- a.8.c.9. *Reprehenduntur à Christo tres vo xxix  
lentes ipsum sequi.*
- a.8.b.4.c.8 *Maristē pestas iussu Christi sedatur XXX*
- a.8.b.5.c.8. *Sanatis in regione Gerazæ norū duo xxxi  
bus demoniacis, demones por-  
cos ingressi præcipitāt in mare.*
- a.9.b.2.c.5 *Sanatur paralyticus per tegulas xxxii  
demissus.*
- a.9.b.2.c.5 *Vocatur Matthæus, & de ieiunio xxxiii  
disputatur cum discipulis Iohā-  
nis & pharisæorum.*
- a.9.b.5.c.8 *Suscitatur filia archisynagogi, & xxxiiii  
curatur Emorrhœissa.*
- a.9. *Duo cæci curantur et vn<sup>9</sup> demōiac<sup>9</sup> xxxv*
- d.5. *Sanato in sabbatho homine qui la xxxvi  
borauerat. 38. annos, disputabat  
cum Iudeis Dominus.*
- a.12.b.3. *Pharisæos, ob confricatas à discipu xxxvii  
c.6. lis spicas in sabbatho, offensos,  
confutat Dominus.*
- a.12. *Pharisæos, ob sanatā in sabbatho xxxviii  
manum aridam, offensos, rur-  
sum confutat Dominus*
- a.5.b.3.c.6 *Electis. 12. Apostolis, differit dñs in xxxix  
quibus sita sit beatitudo.*
- a.5.c.6. *Præcipitur abundantior iustitia XL  
quàm sit pharisæorum.*
- a.6. *Docet quò faciēda elemosina, quò xli  
item orandum, & ieiunādum.*
- a.6. *Docet abijciēdam curā rerum ter- xlii  
renarum.*
- a.7.c.6. *Docet temerē nec indicandum, nec xliiii*

S V M M A R I A.

- docendū: adhortatur ad oratio-  
nē, & vt vitatis pseudoprophe-  
tis, huic doctrinæ inhaereatur.*
- xliviii *Curatur leprosus. a.8.b.1.c.5*
- xlv *Sanatur seruus Centurionis. a.8.c.7.*
- xlvi *Resuscitatur filius viduæ. c.7.*
- xlvii *Mittit Iohānes è carcere discipulos. a.11.c.7.*
- xlviii *Mulier peccatrici remittitūtur pñtā. c.7.*
- xlx *Curato demoniaci cæco & muto, a.12.b.3.  
confutantur pharisei. c.11.*
- L *Matri & fratribus carnalibus præ a.12.b.3.  
feruntur verbi Dei obseruatores. c.11. & 8.*
- li *Propositur parabola seminantis. a.13.b.4.c.8*
- lii *Parabole xixaniorum, seminis cre a.13.  
scentis grani sinapi, & fermēti. b.4.*
- liii *Parabole thesauri, margaritæ, & a.13.  
sagenæ.*
- liiii *Docens in Nazareth Dñs, incredu- a.13.b.6.  
litas eam condemnat. c.4.*
- Iv *Mittitur ad prædicandum. 12. Apo a.9.10.  
stoli. b.6. c.8.9.*
- lvi *Describitur Iohannis decollatio, & a.14.b.6.  
fama Iesu apud Herodem. c.9.*
- lvii *Quinque panibus pascuntur quin- a.14.b.6.  
que milia hominum. c.9.d.6.*
- lviii *Ambulat Iesus super mare et Petr<sup>9</sup> a.14. b.6.*
- lix *Differit de māducādo pane cœlesti. d.6. (d.6.)*
- LX *Reprehenduntur pharisei discipu- a.15.b.7.  
los calūniātes quòd illotis mād-  
ducarent manibus.*
- lxi *Sanatur filia Cananæe. a.15.b.7.*
- lxii *Sanatur surdus & mutus. b.7.*

S V M M A R I A.

- a.15. b.8. *Septem panibus pascuntur quinque lxiii milia*
- a.16. b.8. *Pharisei signum querentes reijciuntur, eorumque fermentum cavendum docetur*
- b.8. *Cecus sanatur in Bethsaida.* lxv
- a.16. b.8. *Petrus Christum cõstitens commẽ-* lxvi
- c.9. *datur.*
- a.17. c.9. *Transfiguratur Dominus.* lxvii
- a.17. c.9. *Eicitur demonium quod non potuerant eijcere discipuli.* lxviii
- a.17. b.9. *Stare in ore piscis inuẽto soluitur* lxix
- c.9. *didrachma, ac mors p̃dicitur.*
- a.18. b.9. *Comendentibus discipulis pro pri-* LXX
- c.9. *matu, humilitas docetur.*
- a.18. b.9. *Scandalum pusillorum cavendum lxxi docetur.*
- a.18. *Condonandum fratri in nos pet-* lxxii
- c.9. *canti docetur.*
- a.19. b.10. *Dominus relicta Galilea venit in lxxiii*
- c.9. d.7. *Iud.ã, nec recipitur à Samaritis.*
- c.17. *In itinere curat decem leprosos.* lxxiiii
- d.7. *Docet in tẽplo in festo sc̃enopog̃ie.* lxxv
- d.8. *Adulteram mulierem absoluit.* lxxvi
- d.8. *Rursum docet in templo, & lapidantium se manibus eripit.* lxxvii
- d.9. *Ceco nato restituitur visus.* lxxviii
- d.10. *Differit Dominus de vero pasto-* lxxix
- c.10. *re & ouibus.*
- c.10. *Mittuntur septuaginta discipuli & LXXX*
- c.10. *redeunt.* (tano. lxxxii)
- c.10. *Propõnitur parabola de Samari-* lxxxii

S V M M A R I A.

- lxxxii *Martha Dominũ suscipit hospitio.* c.10.
- lxxxiii *Docet oratiõis & modũ & vim.* c.11.
- lxxxiiii *Reprehendit prepoſteram phari-* c.11.
- c.11. *seorum munditiam.*
- lxxxv *Docet nõ timendã mortẽ corporis.* c.12.
- lxxxvi *Docet abijciendam diuitiarum so-* c.12.
- c.12. *licitudinem.*
- lxxxvii *Docet officii fidelis serui erga ṽ-* c.12.
- c.12. *turum Dominum.*
- lxxxviii *Docet penitentiam agendam ob* c.13.
- c.13. *Dei patientiam.*
- lxxxix *Sanatur mulier contracta.* c.13.
- XC *Docet angustam esse viam regni* c.13.
- c.13. *cælorum.*
- xc i *Sanatur hydropicus in sabbatho.* c.14.
- xc ii *Docet omnibus renuntiandum.* c.14.
- xc iii *In festo encœneorum eripit se lapi* d.10.
- d.10. *dantium manibus.*
- xciiii *Propõnitur parabola de oue, drach* c.15.
- c.15. *ma & filio perditis.*
- xcv *Parabola de villico iniquo.* c.16.
- xcvi *Differit de matrimonij indissolu-* a.19. b.10.
- b.10. *bilitate.* c.16.
- xcvii *Parabola de diuite epulone propo-* c.16.
- c.16. *nitur.*
- xcviii *Docet scandalum vitandum, &* c.17.
- c.17. *fidei virtutem.*
- xcix *Propõnitur parabola de phariseo* c.18.
- c.18. *& publicano.*
- C *Paruulis manũ imponit, & ado-* a.19. b.10.
- b.10. *lescẽtem diuitem ad perfectio-* c.16.
- c.16. *nem inuitat.*

SUMMARIA.

- a.20. Proponitur parabola de operariis ci  
in vineam conductis.
- d.11. Lazarus resuscitatur. cii
- d.11. Consulant Pharisei de perdendo ciii  
Domino.
- a.20.b.10. Mortē suam prædicit, & Zebedei ciiii  
filiis primatum petiū denega.
- c.19. Sanatur cæcus ante ingressum Ie-  
richo.
- f.19. Zachæus publicanus Christum su-  
cipit. cvi
- c.19. Parabola proponitur de.10.minis. cvii
- a.20.c.10. Duo cæci sanantur post egressum è cviii  
Iericho.
- a.26.b.14. Cæna in Bethania facta Maria Do-  
cix  
c.12. minum perfudit unguento.
- a.21.b.11. Insidens asino intrat Dominus glo CX  
c.19.d.12. riosè in Hierusalem.
- a.21.d.12. Cæci & claudi curantur à Chri-  
cxi  
sto, & g. t.iles ipsū videre de-  
siderant.
- a.21.b.11. Maledicitur ficulnea, & ejicitur cxii  
c.19. emētes & vendentes è templo.
- a.21.b.11. Proponitur quæstio de bati mo Io cxiii  
f.19.20. hannis, & parabola de duobus  
- filiis.
- a.21.b.12, Notantur pharisei parabola de lo- cxiiii  
c.20. cata vineæ.
- a.22. Parabola proponitur de nuptiis filij cxv  
a.22.b.12. Soluitur quæstio de tributo Cesari cxvi  
c.20. dando.
- a.22.b.12. Soluitur Sadduceorū quæstio cõ- cxvii  
c.20.

SUMMARIA.

- cxviii Soluitur quæstio phariseorum de a.22.b.12.  
maximo mandato.
- cxix Quæstio proponitur de Christo cu- a.22.b.12.  
tus filius sit. c.20. (c.20)
- CXX Docet audientes et cavēdos scribas. a.23.b.12.
- cxxi Præfertur oblatio viduæ. a.12.b.21.
- cxixii Prædicitur eversio templi & Hie- a.14.b.13.  
rusalem. c.21.
- cxixiii Prædicitur adventus filij hominis, a.24.b.13.  
& signa eius. c.17. & 21.
- cxixiiii Docet quomodo ad adventū suum a.24.b.13  
nos preparare debeamus. c.17.18.21.
- cxixv Parabola de decem virginibus. a.25.
- cxixvi Parabola de distributis talentis. a.25.
- cxixvii Modum aperit iudicandi in nois- a.25.  
simo iudicio.
- cxixviii Præfiscitur Iudas cū Iudeis. a.26. b.14.c.22.
- cxix Pacatur agnus paschalis. a.26. b.14.c.22.
- CXXX Lauantur apostolorum pedes. d.13.
- cxixxi Instituitur eucharistia. a.26. b.14.c.22.
- cxixxii Prædicitur traditio à discipulo si- a.26.b.14.  
cnda. c.21.d.13.
- cxixxiii Contentio discipulorum pro pri- a.26.b.14.  
matu sedatur, & Prædicitur eo- c.22.d.13.  
rum abnegatio.
- cxixxiiii Sermo Domini post cænam. d.14.
- cxixxv Continuatio sermonis. d.15.16.
- cxixxvi Oratio Iesu ad patrem. d.17.
- cxixxvii Ter orans deprecatur mortem, & a.26. b.14  
capitur. c.22.d.13.
- cxixxviii Iud. capitur & illud. in domo a.26.b.14  
Caiphe. c.22.d.18.



- a.26. Ter Petrus negat Dominum. CXXIX  
B 14. C 22. D 18.
- a.27.b.15. Ducitur ad Pilatum, & Iudas se CXL  
c.22. 23. laqueo suspendit.
- a.27.b.15. Accusatur coram Pilato, & ab eo ccli  
c.23.d.18. mittitur ad Herodem.
- a.27. Barabba dimisso flagellatus & co cxlii  
ronatus Christus traditur cru-  
cifigendus.
- a.27. Ducitur ad crucem, & crucifigi- cxliiii  
tur.
- a.27. Aperitur eius latus, & sepelitur cxliiii  
honorifice.
- a.28. Resurgens Christus & angeli ap- cxlv  
parent mulieribus.
- c.16. Apparuit Dominus duobus disci- cxlv  
pulis euntibus in Emaus.
- b.16. Bis apparet Dominus congregatis cxlvii  
in domo discipulis.
- d.21. Apparet discipulis Dominus ad cxlviii  
mare Galilææ.
- a.28. Apparet Dominus discipulis in cxlix  
monte Galilææ.
- b.16. Promittit Spiritum sanctum & a- CL  
scendit in cælum.

*Summariorum.*

*Fini.*



# CONCOR- DIÆ EVANGELI

CÆ PRÆCEDEN-

*tis ratio per Cornelium*

*Iansenium Hul-*  
*stensem.*

\*



**N** hac præmissæ euangelicæ cōcor-  
diæ ratione, duo mihi video neces-  
sariò ostendenda, capitū scilicet a-  
ptam esse consequentiam, & eo-  
rum quæ in eiusdem facti descri-  
ptione diuersi Euangelistæ nar-  
rant diuersimodè, nullam esse re-  
pugnantiam. Imprimis ergo ne-  
mo facilè negauerit, præfatio-  
nem illam quæ Lucas suæ præ-  
missit historiæ, rectè etiam præ-  
mitti toti Euangelicæ historiæ è

Q qua-

quatuor Euangelistis contexta,  
vt cui illa non minus conueniat  
quã proprio ipsius Lucae libro,  
Nam etiam in hoc opere, cuncta  
quæ de dictis & factis domini  
ministri sermonis nobis tradide-  
runt, diligenter affectu, vnicui-  
que Theophilo, id est, Dei ami-  
co, in vnum redacta ordinem le-  
genda reliquimus.



In primum caput  
Annotatio.

**P**rimo capite principium Euange-  
lij secundum Iohannem positum  
est, tum quod Euangelica historia non  
aliud potest videri conuenientius ha-  
bere exordium quàm eam partem, In  
principio, vnde suam cœpit Moyses hi-  
storiam, tum quod hoc sui Euangelij  
principio Iohannes de æterna Christi  
natura, & apud patrem subsistentia  
asserat, nisi quod missi à Deo Iohan-  
nis Baptiste, & incarnati pro nobis  
Christi summatum mensionem ingerat:  
quæ quomodo gesta sint, sequens ex Lu-  
ca & Matthæo narratio distinctè ex-  
plicat. In qua narratione vsque ad ca-  
put nonum, nullum potest esse de ca-  
pitum ordine alicui dubium. Ita enim  
omnia naturali quadam serie inter se  
coherent, vt nemo qui sapiat, dubita-  
re possit, an suo loco vel ordine sint  
posita.

In caput. IX.

**P**ost Christi natiuitatem & cir-  
cuncisionem à Luca descriptam in  
superiori capite, ante descriptionem

purificationis Diuæ virginis, quâ mox subiungit Lucas, visum est ex Matthæo inscribendam hoc nono capite hystoriam de Magis, quod hæc ante purificationem Virginis contigerit, nõ solum secundum Augustini sententiam, sed & secundum receptam ab Ecclesia opinionem, qua creditur decimatertius post natiuitatem die Christum à Magis adoratum fuisse. Cuius sententia veritas vel ex hoc satis comprobatur, quod quum Ioseph & Maria peregrini fuerint in Bethlehem, non sit verisimile eos peractis omnibus secundum legem seruandis circa puerum, diuini mansisse in Bethlehem, ac proinde post purificationem non potuisse à Magis Christum inueniri in Bethlehem. Nec videri debet huic repugnare sententiæ, quod Magi ab Oriente dicantur venisse Hierosolymam, quasi hinc consequatur, ex intimis aut extremis Orientis partibus venisse, è quibus intra breue illud tredecim dierum spacium, aut etiam intra tempus quadraginta dierum quod erat à natiuitate usque ad purificationem, non potuerint venisse Hierosolymam hoc enim motu argu-

mento,

mento, alij multo ante Christi natiuitatem Magos stellam vidisse, & iter arripuisse volunt, alij miraculo quodã, & celeri Dromedariorum cursu factum putant, ut breui temporis spacio, longissimum viæ spacium absoluerint: alij denique longo post purificationem intervallo, illos venisse in Hierusalem: cum occasione illorum verborum ad nullum horum confugere sit necessesse. Ostendimus enim in Commentariis rationibus non inefficacibus, Magos hoc venisse è locis, non ita procul à Hierusalem disitis, utpote è Chaldaea, aut Mesopotamia, ut quos probabile est fuisse è posteritate Balaã Magi, eiusq; oraculo (quod habetur Nume. 24.) & vaticinio Sibyllæ Erythraea (quæ & ipsa fertur Chaldaea fuisse) edoctos fuisse de nascendo rege Iudæorum, & stella eius natiuitatem denuntiante. Nam & Balaam ipse, quæ constat non ita procul à Iudæa habitasse, ab Oriente se dicit venisse, cum à Balac rege Moabitarum accitus esset ad maledicendum Israël. De Aram, inquit, adduxit me Balac rex Moabitarum de montibus Orientis. Numeri. 23. Non

cōsequitur ergo ex India interiore aut Perside venisse hos Magos, quia ex Oriente venisse dicuntur. Rursum prædictæ sententiæ non debet videri cōtrarium, quod Matthæus postea dicat Herodem occidisse pueros Bethlehemiticos à bimatu & infra, secundum tempus, quod exquisierat à Magis, quasi hinc sequatur tempus exquisitum à Magis fuisse duorum annorum spacium, & Christum tum fuisse bimam, cum occiderentur ab Herode infantes. Nam ut bene annotavit Euthymius Grecus author, pars illa, secundum tempus quod exquisierat à Magis, non est referenda ad illud à bimatu, sed tantum ad illud, & infra. Ideo enim illud ab Evangelista adiectum est, ut significaret minores bimulis non quoslibet, sed qui essent circa & ante, non autem post tempus stellæ nati, iustos fuisse ab Herode occidi. Si enim ex tempore apparitionis stellæ, quod Magi indicauerat, intellexisset Christum iam duorum esse annorum, cur etiam eos, qui infra bimatum erant, pueros occidisset? Non ergo bimos interfici iussit, secundum tempus apparitionis stellæ, sed

ideo

ideo eos occidi voluit, ne si forte Christus vel ante ortum stellæ natus, vel per miraculum maior, quam pro ætate, elaberetur. Sicut enim loco latitudinem adiecit, occidens etiam omnes qui erant in omnibus finibus Bethlehæ, ita & tempus ampliavit: occidens non tantum eos qui nati erant cum stellâ apparuerat, sed & qui ante.

## Circa caput. XI.

**C**um Lucas post descriptam Virginis purificationem, subiiciat: Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galileam, in ciuitatem suam Nazareth: dubium occurrit an statim post purificationem reuersi sint in Galileam, an ante eam reuersionem præcesserit fuga in Aegyptum, de qua Matthæus. Ut aduentus in Galileam, cuius hic meminit Lucas, idem sit cum eo quem Matthæus commemorat factum post reditum ex Aegypto. Sæpe enim cum aliquid narrant Evangelistæ factum post aliud, ita id narrant quasi mox post illud factum sit: est tamen multa intercesserunt. Et quidē

quoniam Lucas videtur voluisse significare nullam aliam fuisse causam, quare à partu non statim redierint in Nazareth unde vnerant, quàm obseruatio dierum purificationis, & quia dicit reuersos postquam omnia secundum legem perfecerunt, verisimile videtur reuersos eos in Nazareth, antequàm in Aegyptum fugerent. Contra vero, quia Ioseph (secundum Matthæi narrationem) reuersus ex Aegypto decreuerat redire in Iudæam, admonitus autē in somnis, secessit in Galilæam, apparet è Iudæa, & non è Galilæa ipsum fugisse. Alioqui enim (ut videtur) non dubitasset redeundum esse in Nazareth si inde fugisset, maxime cū ibi domum haberet propriam, non autem in Bethlehem. Posteriorem sententiam in Concordia secuti sumus, in quod eam secutus sit D. Augustinus, tum quod ea probabilior sit priore. Ceterum præter hanc annotationem, nihil quod ad rationem pertinet Concordiæ, annotandum erat circa caput undecimū aut duodecimū, quo iam finitur, quæ de infantia & pueritia Iohannis & Christi tradiderunt Euangelistæ.

Circā

## ¶ Circa caput XIII.

Post ea quæ de infantia & pueritia Iohannis & Christi habentur apud Euangelistas, subiungenda esse quæ illi deinde prosequuntur de Iohannis prædicatione & baptismo, nemini dubium esse potest. Id tamen offendere quempiam posset lectorem, quod in huius decimitery capitis principio ex Marco sit positum illud, Initium euangelij Iesu Christi filij Dei: cū hæc pars videri posset collocanda potius in exordio totius euangelicæ historiæ. Proinde sciendum quod quemadmodum Matthæus illud sui euangelij exordium, Liber generationis Iesu Christi, non præmisit tanquam titulum & inscriptionem sui libri, sed tanquam præmimum, quo non quidem quid in toto suo opere esset tractaturus, sed quid in principio dicturus esset, significaret: ita & Marcus partem illam non pro titulo præposuit, sed præmij vice præmisit, quo ostendit unde auspiciaturus sit Euangelicam historiam, nempe non à generatione & infantia saluatoris, sicut ante ipsum fecerat Matthæus, sed à principio Euangelij, hoc est, prædica-

L 5 tionis

tionis Iesu Christi, quæ cœpit à prædicatione Iohannis. Iam quod sequitur in Marco, sicut scriptum est in Isaia Propheta, duplicem habet distinctionē. Quidam enim hæc verba cum præcedenti illo coniungunt exordio, ut significetur prædicationem Euangelicam Christi tale omnino sortitam initium, quale eam habituram propheta iam olim prædixerat. Sic enim distinguunt Græci. Latini verò codices, illa verba separant à præcedenti illo exordio, ut sit hic nouæ principium sententiæ, quæ absoluat ibi, fuit Iohannes baptizans in deserto. Quam distinctionem in Concordia secuti sumus, quod aptior videatur, tum quod illud, Initium euangelij Iesu Christi filij Dei, Marcus videatur absolute possuisse, sicut Matthæus in exordio posuit illud Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, tum quod hæc distinctio plane consentit ei locutioni quæ est apud Lucam. Factum est verbum domini super Iohannem, et venit in omnem regionem Iordanis prædicās Baptismū, sicut scriptū est in libro sermonū Isaia, et cætera. In eodem hoc capite aduertendū

quod

quod cum Matthæus prius Iohannis vestitum et cibum describat, quod dicat Iudeos ad ipsum exisse, Marcus contra, prius exitum Iudeorum ad ipsum commemorat quod vestitum et cibum ipsius. Id annotandum propterea duximus, quia in margine Marci narratio inuerso ordine posita est, quod verba eius responderent verbis Matthæi, ne idē bis ponere cogere mur, ut fecit Osiander.

In caput. XIII.

**A**Ntequam Lucas simul cum alijs duobus Euangelistis Matthæo et Marco, commemoret Christū à Iohanne baptizatū, præmittit, Herodē à Iohanne reprehensum reclusisse illū in carcerem. Id autē cum certū sit à Luca commemoratū per anticipationē (non enim Iohānes in carcerē cōclusus est, priusquam Christū baptizaret) hoc loco in Concordia omissum est, et suo postea positū loco. Ceterū Christi baptismationē quæ principio huius capitis cōtinetur subiiciendā fuisse his quæ præcedētī cōtinentur capite, ne mo dubitare potest, cum hunc ordinem omnes tres obseruarint Euangelista, nisi quod Lucas illud de Herode præoccupādo interseruit, ut nō est dictū. In Matthæi

26 tamen

tamen narratione videri potest aliquid contrarium his quae postea habentur apud Iohannem. Cum enim Mathaeus Iohannem Christo ad se veniēti dixisse scribat, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me, apparet omnino Iohannē priusquam Christum baptizaret agnovisse eum esse Mesiam. At huius contrarium videtur significari, eo quòd Iohannis primo capite legimus, Baptistam scilicet dixisse. Ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Cum enim Iohannes dicat se prius non agnovisse Christum, datum autem sibi signum agnitionis illius, Spiritum sanctum descendentem super eum, Spiritus vero non nisi post baptismum descenderit super Christum, ut in hoc capite patet ex tribus evangelistis, quomodo potuit ante baptismum agnoscere illum, ita ut prohiberet eum dicens, Ego à te debeo baptizari? Apparentem hanc contrarietatem variis modis conciliare diverſi nituntur: alii conciliandi rationibus, causa brev-

uitatis

uitatis praetermissis, omnium verisimillima est conciliatio D. Chrysoſtomi intelligentis Iohannem non agnovisse Christum, priusquam ad baptismum suscipiendum veniret, ut quem prius non viderat de facie: agnovisse autem tunc cum ad baptismum petendum venisset, idque afflatu Spiritu sancti, quo plenus erat ex utero matris suae. Nec obstat quòd signum sibi datum descendens in ipsum spiritus, necdum tum vidisset. Hoc enim signum et datum fuit, non quòd dominum primum agnosceret, sed quòd confirmaretur de eo, artea ex Dei revelatione cognito, atque ut certius Christum aliis demonstrare posset. Sic enim & Moyſi legimus dixisse dominum, Exodi. 3. cum eum suo populo educendo praeficeret. Hoc habebis signum quòd miserim te, Cum eduxeris populum meum ex Aegypto, immolabis Deo super montem istum. Porro Moyſes longe ante quàm hoc fieret, certus evasit se divinitus missum. Ad fidei tamen confirmationem non tam sibi quàm toti populo, cui signum id sibi datum Moyſes predicabat, servium datū illud Moyſi signū. Ita & Iohanni uti-

le fuit hoc de Christo signum promitti,  
 & postea reddi, ut non tam ipsi quam  
 omnibus credentibus fides in Christum  
 per illud confirmaretur, qua de causa  
 Iohannes signum illud populo prædica-  
 uit. In hoc eodem capite dubium occur-  
 rit circa genealogiam Christi à Luca  
 descriptam, si cōferatur cum ea quam  
 descripsit Matthæus. Primum enim  
 quomodo Ioseph Mariæ maritus, quæ  
 Matthæus ex Iacob natum affirmat,  
 hic censetur filius Eli, cum unius non  
 possint esse duo patres? Secundo quo-  
 modo Salathiel & Zorobabel quos  
 Matthæus in posteritate Salomonis re-  
 censet, hic inter nepotes ipsius Nathan,  
 qui fuit germanus Salomonis frater,  
 numerantur? Ad horū autem dubiorū  
 solutionē cū varia diuersi afferant, sed  
 incerta, & quæ facile confutari possint,  
 id tantū causa breuitatis hic dicemus,  
 quod post multā expansionē visum est  
 probabilius. Itaq; pro prioris dissolutiōe  
 dubij r. Et dicitur, Eli quem ponit Lu-  
 cas fuisse patrem naturalem Mariæ Virgi-  
 nis, qui proprio nomine dicitur est Iehoi-  
 achim, pro quo vulgo dicitur Ioachim.  
 Sicut enim Ioachim rex qui fuit in  
 trans-

transmigratione Babylonica dicitur est  
 etiam Eliacim (nam hæc nomina idem  
 Hebræis significāt) ita fieri potest ut &  
 pater Virginis diceretur etiam Elia-  
 cim, & causa breuitatis Eli. Hic ergo  
 quoniā socer erat Iosephi, ob id Ioseph  
 eius dicitur esse filius, cū naturalis esset  
 Iacobi filius. Cum enim Lucas statim  
 in ipso lumine genealogiæ admo neat Ie-  
 sum non fuisse filium Iosephi, sed tan-  
 tum putatum, conueniebat eum non  
 Iosephi, sed Mariæ potius naturalem  
 texere genealogiam. Ad posteriorem  
 quæstionem simplicissimum fuerit di-  
 cere Salathiel & Zorobabel quos po-  
 nit Matthæus, alios esse ab illis quos po-  
 nit Lucas. Vsitatissimum enim eadem  
 nomina pluribus imponi, imprimis au-  
 tem insignium & laudatorum viro-  
 rum. Itaque Matthæus continuam ge-  
 nerationē Iosephi narrat ex posteritate  
 Salomonis. Lucas verò generationem  
 Virginis ex posteritate Nathan, suntq;  
 inter se omnes diuersæ personæ, quæ à  
 Dauide numerantur in Luca vsq; ad Io-  
 seph, & quæ in Mattheo ponuntur à  
 Dauide vsq; ad Ioseph. Et Matthæus  
 quidem quoniā Iudæis scribebat, rega-  
 lem



lem Davidis progeniem ad Christum deduxit, quod sciret Iudæis gratius esse si regalis progenies ad Messiam pertinere ostenderetur. Lucas vero in sua Theophilo omnibus scribens gentibus, eam persecutus est genealogiam que ad Christum verius pertinebat. Et hoc quidem magna ex parte ex Osiandro sunt desumpta, ne quem fraudemus sua laude.

## In caput. XV.

**E**T de huius etiam capitis ad præcedens consequentia, nemo facile dubitauerit, cum omnes tres Euangelistæ Christi baptismo subiiciat eius ieiunium, & tentationem, & Marcus dicat spiritum expulisse eum statim in desertum. In hoc tamen capite illud annotandum quod Lucas secundam & tertiam Christi tentationem inuerso ordine narrauerit, secundo eam loco ponens que est apud Mattheum tertia, & contra. Mattheum enim versus tentationum seruasse ordinem patet, primum ex eo quod descripturus tertiam tentationem dicat, Iterum assumpsit eum diabolus, significans eum tunc secundo assumpsisse Christum. Rursum

ex eo quod cum in tertia tentatione à Christo dictum fuisset diabolo: Vade post me satana, subiecerit, Tunc reliquit eum diabolus. Lucas vero quoniam ordine non seruauit, huiusmodi distionibus ordinem significatibus non est usus. Itaque in Concordia Luca narrationem restituumus suo ordini, quem Matthæi postulabat narratio. Testatur autem Faber antiquos quosdam codices habere in Luca eum tentationum ordinem, quem habet Mattheus, ut ordinis mutatio que nunc est in Luca, videri possit ex scriptorum quorundam accidisse vitio, maximè cum in ea tentatione que secundo loco ponitur apud Lucam, Græci codices plerique etiam habeant: Vade post me satana. Certe D. Ambrosius in commentariis super Lucam, eo ordine tentationes legit, quo sunt apud Mattheum.

## In caput. XVI. &amp; aliquot sequentia.

**H**Oc loco manifestè præcedentibus subiicienda erant ex Iohannis primo, testimonia Iohannis Baptistæ Christum digito demonstrantis. Nec enim hæc ante præcedentia collocari possunt

in Concordia, nec post alia ab alijs descripta Euangelistis. Non prius, quia hæc testimoniu perhibita à Iohanne constat post baptismum Christo impetum, post quem statim quadragenariis Christi consecutum est ieiunium: Dicit enim Iohannes inter cætera, Vidi spiritum descendentem & manentem super eum, quod in ipso contigit baptismo. Nec post alia trium Euangelistarum hæc poterat subijci, quia post prædicta tres Euangelistæ commemorare incipiant, quæ tradito Iohanne in carcerem Christus facere & docere cepit in Galilea, cum Iohannes Euangelista usque ad finem capitis. 4. proseguatur ea quæ partim in Galilea, sed maxime in Iudea Christus fecit, priusquam Iohannes mitteretur in carcerem. Gesta enim primi anni prædicationis Christi, ab alijs tribus prætermissa Euangelistis, solus descripsit Iohannes. Proinde de ordine omnium quæ ex Iohanne sunt desumpta usque ad caput Concordiæ 22. nulla potest esse questio.

In caput. XII.

Post ea quæ hætenus ex Iohanne sunt posita, quæque ex ipso constat

conti-

contigisse ante Iohannis Baptiste incarcerationem, subijcit Iohannes in principio capitis quarti de reditu Christi in Galileam. Hunc autem in Galileam ex Iudea secessum, esse eundem cum cuius reliqui tres Euangelistæ meminerunt post tentationem Christi, probabitur in capite Concordiæ sequenti. Itaque cum Matthæus & Marcus testentur huc in Galileam secessum factum post traditionem Iohannis, ut rerum gestarum ordo in Concordia seruaretur, necessarium fuit hoc loco inserere Iohannis incarcerationem, quam tres quidem descripserunt Euangelistæ, sed nullus suo loco. Lucas enim per præoccupationem capite tertio, postquam enarrasset variam Iohannis ad populum exhortationem, simul narrandum duxit quanta libertate etiam Herodem corripuerit, quantaque Herodis fuerit impietas, qui cum videret ad prædicationem Iohannis multos confluere, milites credere, publicanos pœnitere, ipse tamen Iohannem non solum contempsit, sed etiam in vincula coniecit & occidit. Matthæus verò cap. 14. & Mar-

## CONCORDIAE

cus cap. 6. per recapitulationē eius meminert, dum alia occasione & mortem Iohannis & captiuitatem eius describendam putauerunt.

### In caput XXIII.

**M**atthæus & Marcus Christum dicunt post traditum Iohannem secessisse in Galilæam: Iohannes uero eum abiisse in Galilæam commemorat cum intellexisset Pharisæos audisse de multitudine suorum discipulorum. Hunc autem in Galilæam abitum, diuersa licet occasione à diuersis commemoratum, eundem tamē esse uel ex eo satis patet, quod sicut Matthæus in hoc reditu dicit Christum in Galilæam uenientem reliquisse ciuitatē Nazareth, ita & Iohannes idem factum indicet, in suo quem describit in Galilæam reditu, cum dicit Iesum testimoniū perhibuisse, quia propheta in sua patria honorem non habet. Verum obstare uidetur, quod dicit Iohannes pharisæos audisse Iesum plures facere discipulos & baptizare plures quàm Iohannem. Nam hoc significari uidetur, Iesum paratē abitum, Iohannem adhuc baptizasse. Itaque illud nō sic est accipien-

## RATIO.

piendum quasi Iesus plures baptizaret sibi que adiungeret quàm tunc Iohannes fecerat, sed quàm Iohannes olim fecisset. Quidam tamen intelligūt Christo è Iudæa abeunte nondum fuisse traditum Iohannem, intellexisse autē eius traditionem cum in uia esset. At istud non conuenit narrationi Matthæi & Marci, qui cum Christi descripserunt è Galilæa in Iudæam aduentum, dicunt post traditum Iohannem secessisse illū in Galilæam, nimirum è Iudæa. Eundem autem esse etiam in Galilæam reditum, cuius meminit Lucas cap. 4. post tērationem Christi, quamuis nullam exprimat reditus occasionem, patet ex eo quod adiecit, Et fama exiit per uniuersam regionem de illo. Non enim id primo in Galilæam reditu cōsigit, quando adhuc satis latebat Dominus, sed secūdo eo qui post traditionem contigit Iohannis, ut ex Matthæo patet & Marco. Dubium tamen hic est circa occasionem dominici secessus è Iudæa in Galilæam, quam describunt Matthæus & Marcus, quomodo scilicet & in seipsa sit conueniens, & conueniat cum occasione secessus quā redit

CONCORDIAE

dit Iohannes. Cùm enim Herodes, qui Iohannem concluserat in carcerem, tetrarcha esset rō Judææ, sed Galilææ, quid est quòd Christus audita traditione Iohannis è Judæa secedit in Galilæam, cùm tunc magis videretur in Judæa permanēdū fuisse. Demde quomodo propter Phariseos secessit ut dicit Iohannes, cùm alij duo propter Herodem secessisse videantur significare? Sane cum ea quæ dicit Iohannes iuxerimus cum dictis Matthæi & Marci, perpendemus Iohannem describentem hic eundem cum illis Christi reditum, voluisse insinuare à quibus Iohannes fuerit traditus & propter quod, quod alij tacuerunt. Videlicet quòd à phariseis fuerit traditus Herodi, idque propterea quòd per gloriam Iohannis suam gloriam viderent obfuscarī, & per nouam sectam profitentium per baptisina penitentiam pharisaicam sectam contemptiorem fieri. Non enim causa inuidie phariseorū contra Christum postquàm audissent eum plures facere discipulos quàm fecerat Iohannes, fuit, q̄ pro Iohāne zelaret, cupienti eum esse maioris autoritatis, quæ ad-

modum

RATIO.

modum zelauerunt pro Iohanne discipuli ipsius, cùm non receperint pharisei Iohānis baptisimum, ut patet postea ex verbis Christi: sed pro gloria sectæ propriæ & sui nominis inuidebat Iesu, metuētes ne per ipsum magis obfuscaretur autoritas eorū, q̄ per Iohānem. Insinuat ergo. Euangelista Iohannes q̄ Iohāne tradito Herodi ab inuidia phariseorum, postq̄ cognouit Iesus occasionem maioris inuidie pharisaice contra se ob maiorē discipulorum multitudinē, reliquerit Iudæam, ut inuidie eorum cederet. Verisimile enim est Herodem neg. potuisse neg. fuisse ausum capere Iohānē nisi consentientibus & cooperantibus Phariseis, quorum tum magna erat autoritas, quos verisimile nē est suggestisse Herodi metum innouationis rerum, ob quàm captum Iohānē Iosephus tradidit. Sed & verba saluatoris Matthæi. 17. satis indicant à phariseis Iohānem traditum, cùm dicit, Elias iam venit & non cognouerūt eū, sed fecerunt in eum quæcumq̄ voluerūt: sic & filius hominis passurus est ab eis. Hæc enim verba significāt eos à quibus filius hominis passurus erat, fecisse

in Io-

in Iohanne quæ voluerunt. Constat autem Iesum inuidia phariseorū traditum & tandem occisum. Ex hi liquet quæ sit in huius reditus narratiōe Cōcordia inter Euangelistas, & quomodo sese mutuo Euangelistæ dilucident, cum vnus alteri confertur.

## In caput. XXIII

**D**E huius capituli ordine dubitari non potest, quod sicut Iohannes miraculum quod hic describitur coniungit præcedentibus, ita ex aliis Euangelistis nihil videri potest huic esse proponendum, cum Iohānes testetur istud fuisse secundum signum factum à Christo in Galilæa, reliqui verò Euangelista commemorent multa à Christo miracula facta in Galilæa.

## In caput. XXV.

**P**æcedentibus subiiciendum fuisse quod Matthæus & Marcus commemorant de principio prædicationis Christi postquam redisset in Galilæa, dubitari non potest, nisi quod ante illud Matthæi. Et relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum, videri posset præmittenda historia, quæ in Nazareth gestam

Lucas

Lucas describit in principio prædicationis Christi, priusquam comemoret eum descendisse in Capharnaum, veluti significare volens occasionem qua factum sit, vt relicta, ciuitate Nazareth in qua eatenus habitauit, delegerit habitationem in Capharnaum. Verum hanc historiam non contigisse in principio prædicationis Christi, certissimū esse colligit D. Augusti. lib. 2. de cōsen. euang. cap. 42. ex eo quod Lucas priusquam aliquid narraret dominum fecisse in Capharnaum, scribat dominum dixisse de ciuibus suis: Vtiq; dicetis mihi, Medice cura teipsum. Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Tūc ergo hæc contigit cum iam multa fecisset dominus miracula in Capharnaum. Præoccupando igitur hæc descripsit hoc loco historiam Lucas, quæ multis interpositis postea gesta est, vt ex Matthæo patet & Marco, qui eandem etiam historiam attigerunt, suo eam loco scribentes. Ideo autem per anticipationē apparet Lucam hanc isto loco scripsisse historiam, vt ex eo quod postea contingit, ostenderet Christum iusta motum

R

r. i.

ratione, in principio prædicationis reli-  
quisse Nazareth & habitationē sibi de  
legisse alibi. In eodē hoc Cōcordiæ capi-  
te notādū q̄ quæ Matthæus i fine. ca. 4.  
dicit in gne de circuitu Iesu per totam  
Galileā, eiusdemq̄ prædicationē & mor-  
borū curatione, in hoc Cōcordiæ capite  
sunt posita añ vocationē quatuor disci-  
puloꝝ, cū post eā Matthæus illa scripse-  
rit. Ita enim ut faceremus & comodū  
erat & necessariū. Comodū quidē, ut  
hic in principio, prædicationis Christi &  
modus & fructus summatim semel cō-  
prehēderetur: necessariū autē, quon-  
niā vocationē illā Apostolorū nō esse fa-  
ctā, nisi turbis iam cōfluētibz ad Chri-  
stū constat ex Luca, quare necesse erat  
præmittere, quomodo & qua ratione  
turbæ undiq̄ ad eū ceperunt confluere.

## In caput. XXVI.

**V**ocationē Petri & Andreæ, quā  
in principio prædicationis Christi  
factam narrāt Matthæus & Marcus,  
non esse eandem cum ea, cuius memi-  
nit Iohannes cap. 1. sed illa longē poste-  
riorem manifestissimū est, cū hæc in  
Galileā contigerit Iohāne tradito: illa  
verò in Iudæa Iohāne adhuc baptizā-

te in Bethabara, ut alia multa omittā  
tur, quæ manifestum arguūt discrimē.  
Proinde intelligendū, hos factos quidē  
discipulos Christi post eā vocationē quæ  
describitur à Iohāne, nondū tamen reli-  
ctis oībz, cœpisse illū perpetuò comita-  
ri, nec se illius sequelæ totos addixisse,  
sed relicto illo rediisse ad artē qua soluti  
essent sibi parare cibū. Verū difficultas  
nō parua est, nū ea vocationē quā simili-  
ter describūt Matthæus & Marcus, ea  
dē sit q̄ capit. 5. scribit Lucas. Et quidē  
pleriq̄ post Augustinum intelligunt nō  
fuisse eādē. Nā apud Matthæū & Mar-  
cū dicitur Dominus binos vocasse, pri-  
mò Petrum & Andream, deinde cū  
pusillum esset progressus, alios duos fra-  
tres: & illos quidē dicitur inuenisse pi-  
scātes, hos autē resarcientes retia sua.  
Apud Lucam verò, dicitur omnes hos  
inuenisse, lauantes retia sua subductis  
ad terram nauibus, eosq̄ postea simul  
admiratos tantā piscium multitudinē  
quæ captā erat, simul secutos fuisse Chri-  
stum, subductis ad terram nauibus, cū  
Petro tātum dictum esset, Noli timere,  
ex hoc iam eris homines captiēs. Intelli-  
gunt ergo cum Augustino, primò esse

factum quod Lucas scripsit, nec tunc eos à Domino fuisse vocatos ad discipulatum, sed tantum fuisse Petro praedictum, quod vocandus esset. Nec fide dictum Petro, Ex hoc iam eris homines capiens, quasi iam pisces nunquam capturus esset (nam & post dominicam resurrectionem leguntur piscari) sed ad capturam piscium ex more remeasse, ut postea fieret quod Matthæus & Marcus narrant, quando eos vocauit binos, iubens ut se sequerentur. Itaque secundum horum intellectum triplex fuit Petri & Andreae vocatio. Et prima quidem ad notitiam: secunda ad familiaritatem: tertia ad discipulatum & sequelam. Verum cum Lucas dicat, post miraculum discipulos hos, subduxisse ad terram nauibus, ac relictis omnibus secutos esse Christum, non potest non videri probabilius eandem fuisse uocationem. Si enim tunc relictis omnibus Christum secuti sunt, quomodo mox postea ad piscationem redierunt relicto Domino, ut deinde ad sequendum ipsum derelictis omnibus rursus vocandi essent, ut narrant Matthæus & Marcus. Nemo enim, inquit postea

Domi-

Dominus mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Nam quod quidam intelligunt apud Lucam, subduxisse istos nauem ad terram, veluti animo redeundi, ac reliquisse omnia, sed ad tempus, secutosque eos tunc Dominum tantummodo reuerentiæ causa, nimis videtur coactum, cum sic dicat Lucas relictis omnibus secutos Dominum, quomodo id dicat Matthæus & Marcus. Proinde sciendum Lucæ narrationem cum alijs duobus posse dupliciter conciliari. Altero modo, ut intelligatur Dominus ambulans iuxta mare Galilæe uidisse primum Petrum & Andream adhuc piscationi vacantes, ac deinde progressus uidisse Iohannem & Iacobum retia resarcientes, postea uero stetit iuxta illud mare, cum desiderio audienti ipsum turbæ irrueret in eum, ac interea nauibus illis duabus ad terram adductis piscatores descendisse, ac lassasse retia sua: tum ingressum Dominum in nauiculam Petri docuisse turbas, ac miraculum illud capture piscium edidisse, quo Petrus cum alijs attonitus, omnium nomine precaba-

*tur Christi à se discessum. Tunc Dominum postquam dixisset Petro, Noli timere, omnes simul vocasse, eosq; simul omnibus relictis secutos fuisse Dominum. Nam quamvis Matthæus & Marcus, postquam dixissent Iesum ambulantem iuxta mare vidisse Simonem & Andream iacentes rete in mari, subiecerunt: Et ait illis: Venite post me, & cætera, non sic tamen intelligendum est, quasi euestigio ubi vidisset illos iacentes rete in mari, euocari ad sequelam, sed post editum miraculum, quod breuitatis causâ Matthæus & Marcus omiserunt: Lucas verò post eos scribens supplēuit, ea omittēs quoq; quæ ab alijs in hac vocatione scripta erant. Similiter quanquã Matthæus & Marcus seorsum scribant vocationem Petri & Andree, & vocationem Iacobi & Iohannis, intelligi tamen potest, simul eos vocatos. Non enim dicunt Dominum vocasse eos tunc, cum videret resarcientes retia sua, sed intelligi potest, quemadmodum de Simone & Andrea, ante miraculum vidisse eos resarcientes retia, post miraculum autem vocasse, quando & alios duos voca-*

*vocauit fratres. Secundò, quòd dicunt Matthæus & Marcus dominum ambulantem iuxta mare Galilee vidisse Simonem & Andream mittentes rete in mari intelligi potest, nõ quòd cum adhuc iuxta mare Dominus ambularet, viderit eos piscantes (nam secundũ Lucã Christo stante iuxta mare piscatores qui nocte piscati erãt, descenderant) sed quòd postea eos piscantes viderit, cum eius iussu laxassent rete, ut quæ nõ simul facta sunt, Matthæus & Marcus, breuitatis causa, simul narasse intelligantur. Demde intelligatur factò miraculo postquam dixisset Dominus Petro: attonito, Noli timere, & cæt. in suam stationem filios Zebedæi sese recepisse, tũque primum ad sequelã vocasse Petrum, & Andream, ac deinde cum Petri nauim terræ adductam exisset, illique duo sequerentur, progressum paululum inuenisse filios Zebedæi cum patre in nauì, resarcientes retia sua quæ ex nimia illa piscium multitudine erant rupta: & tũc demũ ut ipsi se sequerentur, vocasse. Et hæcenus quidem quòd ad Euangelistarum attinet concordia, quã quoniã*



## CONCORDIAE

non licuit in ipso Concordiæ Euangelicæ cõtextu insinuare, necessarium fuit Lucæ narrationē seorsum ponere post narrationem Matthæi & Marci, quæ per narrationē Lucæ fufius explicatur, quemadmodum fecit & Ammonius.

### In caput. XXVII.

**M**arcus post vocationem quatuor discipulorum, subiicit Christum cum eis ingressum Capharnaum, ibiq; statim sabbathis docuisse in synagoga, atq; in ea curasse dæmoniacum. Eadē Lucas scribit Christum in exordio sue prædicationis fecisse. Duo enim hi Euāgelistæ miraculum hoc primum recenserent ex miraculis Christi: Matthæus verò illud tacuit. Cum autem nihil ex Matthæo occurrere possit, quod ante hanc Marci & Lucæ narrationem in Concordia ponendum esset, post positā superiori capite quatuor discipulorum vocationem, necessariò hæc illorū narratio nunc erat superiori capiti subiicienda. Porro notandum frequenter scribi ab Euangelistis, Christum venisse in Capharnaum. Et primò quidem à Iohanne post miraculum aque conuerse in vinum. Secundò à Mattheo

## RATIO.

theo quando Dominus reuersus in Galilæam, relicta ciuitate Nazareth venisse dicitur Capharnaū, & habitationem sibi in ea delegisse. Vnde postea ex hac ciuitate loca Galilææ perambulans, frequenter eò redijt. & primum quidem ut hic describunt Marcus & Lucas, quando post vocationem quatuor discipulorum ingressus est Capharnaum, & in synagoga dæmoniacum curauit.

### In caput. XXVIII. & aliquot sequentia.

**C**um miraculum curationis socrus Petri ex Marco & Luca constet contigisse mox post præcedens miraculum, imo eadem die, manifesta est ratio ordinis huius capitis cum præcedenti. Cum ergo ex Marco constet hoc miraculum (sicut & præcedens) factum in principio prædicationis Christi post quatuor discipulorum vocationē, manifestum etiam est Matthæum qui hoc miraculum describit ca. 8. post sermonem Domini in monte, & miraculum curati leprosi, & serui Centurionis, nõ seruasse in huius miraculi descriptione ordinē, sed recapitulado scripsisse illud,

## CONCORDIAE

ut & multa quæ sequuntur. Vnde etiã tali vsus est locutione, quæ non exigit necessario intelligẽtiam ordinis eorum quæ narrantur. Nam post narratam curationem serui Centurionis, subiicit, Et cum venisset in domum Petri, &c. nec dicit, Post hæc cum venisset. Ceterum quid post istud caput ex Euangelistarum narratione sit subiiciendum, diligenter hoc loco inquirẽdum est. Itaque sciendum, non posse superioribus mox connecti quod sequitur in Marco de curato leproso, quod & in Luca sequitur post interpositam vocationem quatuor discipulorum. Nam huius leprosi curationem contigisse post sermonem illum qui dicitur in mote habitus, constat ex Matthæi cap. 8. in ipso principio. Rursum quæ apud hos duos Euangelistas Marcum & Lucam sequuntur (nam hi duo per multa capita eundem ferẽ in omnibus rerum ab eis narratarum ordinem seruant) de curato paralytico per tectum demisso, & vocatione Matthæi, ac disputatione de ieiunio, superioribus immediatè coniungi non possunt, cum hæc omnia ex cap. 9. Matthæi constet contigisse, postquam Christus

## RATIO.

stus è regione Gerasenorum, in qua de monibus permiserat ingredi porcos, eosq; præcipitare in mare, redijisset in Capharnaum. Itaque ex Matthæo manifestum euadit, recapitulãdo scripta esse quæ de traiectu, ac sedata tempestate, deq; demonibus porcos ingressis scribunt: Marcus quidem in fine capitis 4. & principio cap. 5. Lucas verò cap. 8. ac post hæc subiungenda esse quæ de curato paralytico, ac vocatione Matthæi cum disputatione illa de ieiunio, scribunt Marcus capit. 2. & Luc. cap. 5. Dehinc post hæc connectenda quæ sequuntur post prædicta in cap. 5. Marci & cap. 8. Lucæ, de curata æmorrhosissa, & suscitata filia Archisynagogi. Quæ enim Marcus & Lucas scribunt de traiectu ac sedata tempestate, & demoniaco curato in regione Gerasenorum, ac rursum de muliere à profluuo sanguinis liberata, filiaq; Archisynagogi resuscitata, eadem esse cum his quæ Matthæus scribit in fine capitis. 8. & cap. 9. præterquàm qd omnibus semper creditum sit, etiam res ipsa, rerumq; narratarum similitudo apertè clamat, quantumuis id fortiter neget

Ofiander, sed rationibus nimium friuolis, ob id excogitatis, quod semel animo suo induxisset, Euangelistam in historiae suae descriptione rerum narratarum ordinem obseruasse cum ex ipsa Euangelistarum locutione satis liceat deprehendere, neglectum ab eis in his quae dicta sunt ordinem. Sic enim Lucas describitur miraculum curati paralytici. Et factum est, inquit, in una diebus, & caetera. Et rursus caput. 8. describitur traiectum Christi per fretum in regionem Gerasenorum, Factum est autem, inquit, in una diebus, & ipse ascendit in nauiculam. Quae locutiones satis arguunt, eum res tantis, non autem ordinem, ac tempus rerum gestarum voluisse describere, nimirum quod sciret ex obseruato ordine parum aut nihil prouenturum utilitatis, & ob id res ipsas ut memoriae occurrerent recensens, secutus est, ut est verisimile, Marci ordinem, qui ante ipsum scripserat: sic tamen ut ordinem rerum a se narratarum non semper requireret in sua narratione. Porro etsi quae Matthaeus de traiectu Christi, cum sequentibus apud eum iam dictis Christi factis scribit,

scribit, non omnino contigerunt post ea quae scribit de curatis multis agris uesperis oblatis (nam ut patet ex Marco & Luca, post illos curatos abiit sequenti die Dominus, alijs etiam ciuitatibus euangelizaturus) tamen quoniam nihil est aliud ab aliquo narratum Euangelista, quod ante hunc traiectum uideri possit contigisse, recte haec narratio superioribus subiungenda iudicari debet, maxime cum mox sequatur uocatio Matthaei, quam in principio praedicationis Christi factam probabile est, & ante sermonem illum solennem qui dicitur in monte, factam constet ex Luca, atque ex ipso sermone, cum ipsa uerba aperte declarent pleraque eius sermonis pertinuisse potissimum ad apostolos, ex quorum numero fuit Matthaeus. Et haec quidem pro generali ratione ordinis capituli, quae sequuntur in Concordia usque ad caput. 36. In quibus singulis quod spectatim pro ratione Concordiae dicendum erit, suo dicitur loco.

In caput. XXIX.

POSTquam dixisset Matthaeus Dominum praecipisse discipulis ut transfretarent, subiicit de duobus Christum

sequi volētibz, de quibus Lucas quidē scribit cap. 9. adiungens etiam de tertio, postquam dixisset Dominum impletis diebus assumptionis suae firmasse facti suam versus Hierusalem, eoq; perrexisse. Vnde videri posset ex Luca, illa contigisse in ea via qua Christus ē Galilaea per Samariam proficiscebatur in Hierusalē. Verū cum Matthaeus prius dicat Dominū praecepisse discipulis ut transfretarent, ac deinde scribam accessisse qui dixit, Sequar te quocumque ieris, planē videtur significasse scribam hunc occasione illius secessus, quem videbat Dominum iam parare, accessisse illum, & ei suam obtulisse sequelam. Quare cum omnino videantur eadem esse quorum meminit Lucas cum hiis, quorum hic meminit Matthaeus, illud quod dicit Lucas, Factum est ambulātibz illis in via, intelligendum est, non de via cuius mox fecerat mentionem, sed absolutē ambulātibz illis in via quadam. Quae autem fuerit haec via, patet ex Matthaeo, nimirū ea qua Christus, postq̄ discipulis iussisset ut trajecterent, accessit mare ad transnavigandū, ut docet etiam Augustinus, Lucam cū

Mat-

Matthaeo concordans. Videri tamen potest aliquid eorum quae de tribus Lucas narrat, contigisse in via illa ad Hierusalem, cuius prius mentionem fecerat, & potissimum quoddam de tertio narrat, ut quae diuersis contigerunt temporibus, conunxerit, ob rerum similitudinem, quemadmodum aliquoties factum est ab Euangelistis.

In caput. XXX.

**I**n hoc capite, Marci narratione collata cum alijs Euangelistis, & maxime cum Matthaeo, duplex oritur difficultas, pertinens ad concordiam Euangelistarū. Marcus enim significare videtur transfretationem hanc factam vespera eius diei, qua Christus ē nauilocutus est parabolas eas quae habentur Matt. 13. Nā cum eas parabolas etiam Marcus commemorasset cap. 4. postea subiungit, Et ait illis in illo die cum sero esset factum: Transeamus contra. Eā tamen transfretationē non eadem illa die contigisse, est manifestissimum, non quidem ex eo quod Matthaeus longe ante eas parabolas describat hanc transfretationem (nam intelligi posset per praecupationem haec Matthaeum scri-

CONCORDIAE

scripsisse) sed primum quod constat ex Matthæo ea die qua illas parabolas è nauì Dominus fuit locutus, non transfretasse illum. Nam dimissis turbis dicit eum uenisse in domum, ac tunc discipulos interrogasse intellectum parabole zizaniorum. Deinde ex eodemo Matthæo satis constat, ante uocationem eiusdem Matthæi contigisse hæc transfretationem, parabolas autem illas Dominum è nauì dixisse nõ solum post Matthæi uocationem, sed etiam post duodecim apostolorum ordinationem, etiam ex Marco euidentis est. Alter enim Marcus, eos qui cum Domino erant duodecim, interrogasse eum dixit esset singularis, quæ esset parabola seminantis. Postremum non eodem modo contigisse transfretationem qua parabolas illas è nauì Dominus dixerat, et Luca etiam satis patet. Is enim capitulum cum etiam parabolas illas commemorasset, subiicit: Factum est autem una dierum, et ipse ascendit in nauiculam, &c. Si uero eadem die, quæ superiora, gesta fuissent etiam quæ sequuntur, certè dicturus fuerat, Factum est in hac die, non autem, Factum est

RATIO.

in una dierum, quomodo uideri potest locutus Lucas studio, ut insinuaretur, quomodo Marcus, post quem ille scripsit, intelligendus esset. Itaque cum dicit Marcus, Factum est in illa die, cum sero esset factum, intelligendum est, dictum esse pro tempore, ut sit sensus, Factum est in illo tempore, quo scilicet Christus predicauit in Galilæa. Annotauit hoc et Euthymius Græcus, admonens in illo die dictum pro in uno dierum, ut habet Lucas. Aut sensus est, Factum est in tali aliqua die, qua scilicet è nauì Dominus docuerat turbas. Altera difficultas est, quod Matthæus significet Christum præcepisse discipulis suis ut transfretarent, antequàm esset in nauì. Lucas uero et magis adhuc Marcus significat id præcepisse illis, cùm iam esset in nauì. Lucas enim sic habet. Ipse ascēdit in nauiculam et discipuli eius, et ait ad illos: Transfretemus trans stagnum: Quod uero sequitur, Et ascenderunt, non sic accipiendum ut sit sensus: Et ascenderunt, nauim, cùm prius dixerit eos ascēdisse, et Græcè sit, ἀνέχθησαν, quod est, soluerunt à littore, aut potius subducti sunt, uidelicet

delicet in altum, à littore soluentes. Proinde illud, & ascenderunt, accipendum est de ascensione in profundum maris. Marcus autem sic habet, Et ait illis in illa die cum serò esset factum. Tráseamus contra. Et dimittentes turbam assument eum ita ut erat in naui, & cætera. Ex quibus satis constat, Christum, cum in naui esset, præcepisse discipulis transfretationem. Quare ut cõstet omnium Euangelistarum narratio, sic se videtur habere res gesta. Primum Christus in terra existens, iussit discipulis parare nauim ad transnauigandum, ex quo loco cum proficisceretur ad mare, in via accesserunt hi, de quibus dictum est in capite precedenti, Dominum sequi volentes. Deinde cum nauim cum suis discipulis conscendisset, atque è naui turbam quæ sequebatur, docuisset, vespera imminente iurursum suis, ut transfretarent, præcepit: ac tunc, ut habet Marcus, discipuli dimittentes turbam, hoc est, separantes se à turba, soluendo scilicet à littore, assumpserunt eum, in altum scilicet, et profundum maris, sic ut erat in nauia docens populum. In eodem hoc capite

notum.

notandum quod cum Dominus & discipulos increpauerit, & ipsam maris tempestatem. Matthæus quidem discipulorum increpationem priorè posuit: Marcus verò & Lucas eandem posteriori recensent loco. At Matthæus magis videtur ordinem obseruasse, quia post discipulorum descriptam increpationem subiicit. Tunc surgens imperauit ventis. Sed & illud, quod etiam Marcus posuit, Quid timidi estis, significat discipulos, cum à Domino increparentur adhuc timore præsentis periculi fuisse correptos. Itaque in Concordia, Marcus & Lucæ narrationem restituimus ordini genuino seruato à Matthæo.

## In caput. XXXI.

Videri posset ea que est apud Matthæum historia de dæmonibus expulsis & porcos ingressis post transfretationem diuersa esse à simili que est apud Marcum cap. 5. & Lucam cap. 8. primum quia quauis in nostris codicibus apud oēs Euangelistas legatur hæc historia cõtiguisse in regione Gerasenorum, tamen in Matthæo apud Græcos, pro Gerasenorum est γερουσιων, hoc est,

Ger-

## CONCORDIAE

Gergesinorum. In Marco verò & Luca est γαδαρηνῶν, hoc est, Gadarenorū. Diuersa ergo videntur Euangelistae loca designasse, & proinde diuersam etiam texuisse historias. Secundo quia cum Matthaeus duos occurrisse Christo demoniacos scribat quorum demones expulsi & porcos ingressi praecipitauerunt eos in mare, Marcus & Lucas vnus tantum faciunt mentionem. Verum ut alioqui res ipsa, & praecedentia & sequentia declarant eadem esse historiam, ita illa argumenta parum mouere debent. D. Hieronymus enim libro de locis Hebraicis Gargasi dicit esse ciuitatem trans Iordanem iunctā monti Galaad, quā tenuit tribus Manasse. Et haec, inquit, nunc dicitur Gerasa vrbs insignis Arabiae. Vnde patet idem esse siue dicatur Gergesinorum siue Gerasenorum. Addit autem Hieronymus, Quidam autem ipsam esse Gadaram existimant. Ex quibus verbis multi intelligunt vnā eandemque ciuitatem tria haec habuisse nomina, Gargasi, unde est Gergesinorum, Gerasa, unde est Gerasenorum, & Gadara, unde est Gadarenorum. Sed ex

Iosepho

## RAATIO.

Iosepho manifestum est diuersas fuisse ciuitates Gerasam & Gadaram, ambas tamen trans Iordanem sitas, non longe, ut apparet, ab inuicem, in regione Galilaeae opposita, quam ipse vocat regionem transiamniam, cuius metropolim dicit fuisse Gadaram, libro 5. de bel. Iudae. cap. 3. Itaque verisimile est eandem hanc regionem ab utraque ciuitate nomen accepisse, ut & diceretur regio Gerasenorum, & regio Gadarenorum. Interpres autem ideo videtur nomen Gerasenorum posuisse in Matthaeo, Marco & Luca pro Gergesinorum & Gadarenorum, quod illud suo tempore notius esset & comunius. Nam Hieronymus in Abdiā, scribit eam Arabiae partē quae prius Galaad dicebatur, dictam suo tempore Gerasam. Ad alterum argumentum dicendum quod quanquam Marcus & Lucas vnus tantum faciunt mentionem, non asserunt tamen vnū solum fuisse, & proinde non contraria Matthaeo scribunt. Vnus autem tantum faciunt mentionem, siue quod hic inter duos illos clarior esset & celebrior, per cuius curationem fama Christi longius late-

tius

iusq; sit sparsa, ut vult Augustinus, siue, ut vult Chrysostomus, q; hic senior esset, unde eius seuitiæ latam descriptionem à Matthæo prætermisissam, hi duo Euangelistæ prosequuntur. Potest et ob id videri vnus tantū ab illis factā mentionem, q; forte hic solus fuerit, qui curatus Christum sequi voluerit, et à Christo missus longè lateq; ipsum prædicauerit. Nam de suis duobus nihil tale narrat Matthæus. Eodem hoc capite, quod Marcus dicit circa montem fuisse gregem porcorum, non est contrarium ei quod dicit Lucas gregem hūc in monte fuisse. Nam, ut inquit D. Augustinus, grex porcorum tam fuit magnus, ut aliquid eius esset iuxta montem in agris, aliquid in monte. Aut totus etiam grex circa montem fuisse dicitur, et tamen etiam in monte, quia in inferiori fuit montis parte, quæ in agros et campos diffundi cœperat.

In caput. XXXII. XXXIII.  
XXXIIII. XXXV.

**N**onnulla hūc de ordine rerum gestarum occurrit difficultas. Nam postq; reditum Christi è regione Gerasenorum Marcus simul et Lucas com-

memorant miraculū de filia Archisynagogi resuscitata, et curata Aemorrhœissa, et ita narrant ut videantur hæc gesta statim à reditu, priusq; adhuc in domum aut in ciuitatem descenderet. Nam Lucas quidem sic habet. Factum est autē cum redisset Iesus, excepit illū turba: erant autem omnes expectantes eum, Et ecce venit vir cui nomen Iairus, et c. Vbi propter aduerbium ecce, videtur satis significari, miraculū hoc contigisse statim cum iam nauim domus egressus esset. Quod ex Marco magis apparet. Is enim sic habet. Et cum transcendisset in naui rursus trās fretum, conuenit turba multa ad eum, et erat circa mare. Et venit quidam de archisynagogis nomine Iairus, et c. Vbi etiam Græcis est aduerbium ecce. Et ecce venit quidam, unde planè significari videtur Iairum hunc accessisse Dīm, cum adhuc circa mare cōsisteret, rediens à Gerasenis. Non posse tamen intelligi hūc esse rerū gestarum ordinē ex Matthæo nimis est manifestū, non quidē quia post transfretationem cōmemorat eū venisse in suā ciuitatē ac sanasse paralyticū, (intelligi enim posset hæc



hæc facta post transfretationem, sed quibusdam in medio gestis) verum quia Matthæus, principem illum qui pro sua precabatur filia (quem eundem esse cum eo cuius meminerunt Marcus & Lucas nemo facile negabit, quantumvis id neget solus Osiander) dicit accessisse Christum cum loqueretur & disputaret de ieiunio cum discipulis Iohannis & Phariseorum, quam disputationem habitam post vocatorem Matthæi, & hanc factam esse post curationem paralytici, non ex Matthæo solum, sed etiam ex Marco & Luca constat, quorum uterque tria illa, videlicet curationem paralytici, vocatorem Matthæi & disputationem de ieiunio eodem cum Matthæo ordine describit quamvis alio loco, sed ita ut eorum narratio non requirat rerum narrationem immediatam cum his quæ apud eos procedunt, ordinem. Siquidem Marcus tria illa descripturus sic incipit cap. 1. Et iterum intrauit Capharnaum post dies, scilicet aliquot. Non enim legendum est post dies octo, ut habent quilibet libri. Diebus ergo illis intermedijs per quos venit iterum Capharnaum,

illo discessu cuius fuit mentio supra. 28. capite Concordiæ, facta sunt hæc quæ narrata sunt capitibus sequentibus. 29. 30. & 31. Lucas verò eadem illa descripturus sic auspiciatur. Et factum est in una dierum, & ipse sedebat docens. Quæ narratio non solum non requirit immediatam ad superiora sequelam, sed ne sequelam quidem. Itaque quantumvis vidantur Marcus & Lucas significare Iairum accessisse ad Christum, statim post transfretationem, intelligendum tamen quibusdam in medio gestis tum primum accessisse, quæ quoniã à duobus his Euangelistis prius narrata fuerunt, ita Iairi accessum superioribus connexuerunt, quasi nullo intermedio hoc gestum fuisset. Videri potest & ideo post transfretationem eos descripsisse Iairi accessum, eò quòd Iairus accesserit ad Christum, circa mare existentem, non quidem eo die quo post reditum à Gerasenis circa mare erat, sed alio quodã. Nam & Marcus iam dicturus est Dominum cum Matthæum inter eundem vocat, rursus accessisse ad mare. Iairum enim accessisse Christum circa mare existen-

tem, omnino videtur ex Marco, cum dicit, Et erat circa mare. Et ecce venit, & cetera. Frustra enim videbitur ibi positum, & erat circa mare, nisi intelligatur significare eum voluisse Christum à Iairo circa mare inuentum. Igitur quoniam post reditum à Gerasenis Iairus Christum circa mare adierit, quamvis non eadem illa die qua venerat à Gerasenis, historiam quæ est de Iairo duo Evangelistæ post reditum describunt, ommissis his que in medio sunt gesta, quod illa prius descripsissent. Ex his autem sic constitutus patet non solum ratio ordinis capituli. 32. sed & capituli. 33. & 34. In capite tamen. 34. notandum est quod cum duo illa miracula que in eo recensentur, Matthæus breuitati ferè in recensendis miraculis studens, Christi verò verba & sermones accuratius describens, paucis sit complexus, Marcus & Lucas latius sunt profecuti, ut sunt ferè in narrandis miraculis Christi prolixiores & diligentiores. Itaque que à Matthæo breuitatis causa ommissa sunt, ab eis diligentis studio sunt explicata. Ex quo facile erit occurrentem

in hoc capite difficultatè soluere, quod quomodo Marcus & Lucas scribant Archisynagogum dixisse filiam suam esse in extremis, Matthæus verò, Domine filia mea modò defuncta est. Dicendum enim Matthæum breuitati studentem posuisse non tam eam petitionem quam primo aggressu Dominum est precatus, quam eam qua postea nuntiata filie morte Dominum orabat, idque non verbis, sed fide potius & desiderio animi quod ostendebat credendo verbis Domini salutem filie pollicentis, eumque deducendo & sequeundo in domum. Qui enim breuiter aliquid narrare gaudet, cogitur nonnunquam ob narrationis convenientiã aliter aliquid narrare quàm quo modo gestum est, quod tamen facit sine falsitatis & mendacij nota, si modus ab ipso narratus in rei gestæ ordine saltem comprehendatur. Ergo quia paucis Matthæus narrare voluit, rogatum esse Dominum, ut faceret quod eum postea fecisse est manifestum, secundam principis huius petitione signo magis quàm verbis expressum cum prima eius petitione coniunxit. Præter au-

tem hanc concordandi Euangelistarum rationem, quam in contextu non licuit indicare, ipse contextus indicat & aliam rationem facilem, quam sequi potest, cui iam dicta displicet, nempe ut intelligatur Princeps dixisse utrunque sub distinctione, hoc modo: Domine filia mea in extremis est, aut etiam; modo verè defuncta est. Cæterum de ordine cap. 35. in quo ex Matthæo, duorum cæcorum, & unius dæmoniaci describitur curatio, nō potest esse questio, cum manifestum ordinē indicet illa Matthæi narratio. Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci, &c.

In caput. XXXVI.

**V**T huius capitis & aliquot sequentium ordo constituatur, sciendum, non posse præcedentibus subiungi que sequitur apud Matthæum. Sequitur enim apud eum, quomodo Dominus circuierit omnes ciuitates, & castella, ac videns turbas non habentes pastorem, dixerit, Messëm quidem esse multam, operarios verò paucos: atque ob id conuocatos ad se duodecim apostolos, miserit ad prædicandum. Certum est autem missionem hanc apostolorum factam

factam esse, post sermonem illum solennem, quem habet Matthæus cap. 5. & 57. quandoquidem ante illum sermonem Dominus in monte ex omnibus discipulis, duodecim illos elegit & ordinavit Apostolos, ut patet & ex Marco cap. 3. & ex Luca cap. 6. quos postea misit ad prædicandum. Necesse igitur est ante Apostolorum missionem præmittere sermonem illum, & Apostolorum ordinationem. Sed hanc ordinationem constat ex Marco & Luca secuta duas illius reprehensiones, quibus pharisæi primùm quidem discipulos Christi carpebant, quod uellerent spicas: deinde verò ipsum Christum, quod in sabbatho sanasset aridam cuiusdam hominis manum. Igitur & hæc duo, licet à Matthæo describatur postea cap. 12. oportet præmittere sermoni illi. Sicut enim iam ex Matthæi narratione didicimus, Marcum & Lucam non suo loco narrare, traiectionem in regione Gerasenorum, curationem Emorrhœisæ & resurrectionem filie Archisynagogæ, ita ex illis duobus Euangelistis iam intelligimus Matthæum duo illa que narrat in principio cap. 12. non suo lo-

eo posuisse, sed etiam illa intelligenda esse ficta ante sermonem in principio positum à Matthæo, sicut ex eisdem duobus Euangelistis didicimus ea que hætenus aliquot capitibus sunt desumpta ex Matthæo, contigisse ante sermonem, quanquam ab ipso post sermonem describantur. Porrò ante festum discipulorum vellentium spicam die sabbathi, inferendum esse totum caput Iohannis quintum, manifestè satis probari potest. Nam quòd discipuli sabbatho vellebant spicas, necesse est contigisse post pascha. Ante pascha enim nullo modo licuit Iudeis vellere spicas, aut quicquam edere ex noua segete, quia antequam id liceret, manipulus spicarum in primitiis messis offerendus erat Domino, quòd fiebat altera die paschæ, ut scribitur Leuitici. 23. Iam admodum est verisimile, ut non dicam certum, festum Iudeorum cuius quinto suo capite meminit Iohannes, sed non exprimit, quale fuerit, fuisse iam alterum paschæ festum, quòd scilicet proximè secutum est illud pascha, cuius meminit capite secundo. Cyrillus quidem &

Chry-

Chrysostomus putant hoc festum fuisse festum pentecostes, moti hac ratione, quòd hoc festum proximè sequatur festum paschæ, ac proinde cum cap. 2. Iohannes meminerit paschæ, & iam subiungat, Post hæc erat dies festus Iudeorum, debere intelligi de festo proximè sequente paschalem solennitatem. Sed ex verbis Christi Iohannis. 4. perspicuum est, (ut etiam colligit Ruperius) non posse festum hoc accipi festum pentecostes, saltem illud quòd proximè secutum est illud pascha, cuius fit mentio capite Iohannis. 2. Nam ibi Dominus dicit discipulis suis, quatuor menses adhuc fuisse à messe, cum è Iudæa per Samariam pergeret in Galileam. Erat ergo mensis December tunc, aut circiter cum messis apud Iudeos inciperet, circa pentecosten, in nostro Maio, aut circiter: quemadmodum ex eo patet, quòd in pentecostes festo panes primitiui offerendi essent Deo. Festum ergo pentecostes, imò & festum tabernaculorum illius anni, quo Dominus è Iudæa perrexit in Galileam, iam erat transactum priusquam in Galileam red-

ret. Proximum autem à reditu erat festū paschæ, inter ea saltem festa quæ iuxta legem celebranda erant. De eo ergo, omnino verisimile est, locutū hoc capite Iohannem, quæadmodum asserere non dubitavit Rupertus, & ante eum longè intellexerit D. Irenæus, qui lib. 2. cap. 10. sic scribit. Post hæc iterū secunda vice ascendit ad diem festum paschæ in Hierusalem, quando paralyticum, qui iuxta natatoriam iacebat. 38. annos, curavit, iubens ut surgeret, & auferret grabatū suum. Certè nisi fateamur istud festum fuisse paschæ, non poterimus ex Euangelis colligere, Christum tres annos cū aliquot mensibus prædicasse, propter quod tamen tempus designandum, cū à Daniele esset prædictum cap. 9. & ex tribus Euangelistis colligi non posset: verisimile est Iohannem tam diligenter paschata annuerasse, quæ inciderunt in tempus prædicationis Christi. Quæ ergo hætenus contigerunt à Christi baptismo, acta sunt primo integro anno & aliquot diebus vel mensibus, quæ ex Matthæo, Marco, & Luca hætenus in Concordia legimus facta in Galilæa,

con-

cōtulerunt tribus vel quatuor illis mensibus, de quibus Dominus rediēs in Galilæam dixit: Adhuc quatuor menses sunt, & messis venit: proinde duorum reliquorum integrorum annorū acta sequuntur. Vt autem ex dictis cōcludamus, quod ad rationem ordinis aliquot capitum sequentium attinet, cū ante missionē Apostolorum, quæ apud Matthæum sequitur, ea quæ aliquot capitibus præcedentibus ex ipso sunt posita, ponendus sit procul dubio sermo ille Domini, qui dicitur sermo ille in monte, & ante hunc ponenda sint, quæ in duobus sabbathis Euangelistæ tres facta commemorat: ante hæc verò præmittendum sit quintum caput Iohannis, nec aliud occurrat ex omnibus Euangelistis quod videri possit etiam huic capiti, aut his quæ sequuntur præmittendum: patet non solum quàm conuenienter hoc Iohannis caput subiunctum sit in Concordia præcedentibus, sed etiam quàm aptè sequantur, quæ per multa capita deinceps in Concordia subiunguntur, circa quæ tamen si quid adhuc peculiare dicendum restat, seorsum in singulis dicitur.

## Circa caput. XXXVII.

**C**um ex annotatione in præcedens caput satis euadat manifestum, quàm aptè hoc caput illi subiiciatur, tamen idem etiam euidentius ex eo cognosci potest, quòd ipsa granorum confricatio, quæ describitur in hoc capite, dicatur à Luca contigisse in sabbatho secundo primo. Quamquam enim non sit certum adhuc quid per sabbathum secundo primum sit intelligendum, inter varias tamen sententias probabilior est, aut eorum qui putant secundo primum sabbathum fuisse diem qui ea festa concludebat quæ pluribus diebus agebantur, ut erant dies septimus azymorum, & dies octauus festi tabernaculorum: aut D. Chrysostomi, qui homilia. 20. super Matthæum dicit sabbathum secundo primum fuisse, quâdo quies & ocium duplex erat, tam uide licet sabbathi propriè dicti quàm solennitatis alicuius incidentis, ut sabbathi secundo primum tale fuerit, quale fuit illud de quo dicit Iohannes, Erat enim magnus dies Sabbathi. Secundum priorem autem sententiam certum esset granorum confricationem factam in septi-

septimo azymorum die, ac prouide mox à paschate illo cuius fit mentio in capite præcedenti. Nam secundum illam sententiam duo tantum fuerunt sabbatha secundoprimum, in quorum altero, nempe in octauo die scænopegie certum est non factam granorum confricationem, cum tunc segetes in agris non reperirentur. Secundum posteriorem similiter sententiam uersimile est sabbathum hoc incidisse in paschalem solennitatem, quamuis id non sit tunc certum cum potuerit incidere in festum nouilunij, aut festum pentecostes. Illud tamè certum, ante pascha non potuisse accidisse hæc granorum confricationem, nec diu post pascha, quare de conuenienti huius capituli ordine non potest iusta esse dubitatio. Illud autem operæ precium fuerit admonuisse in hoc capite, aduerbum iterum, quod est apud nos ex Marco in principio capituli, cum non sit apud Græcos, non significare Dñm secunda uice transisse per sata, sed referri debet ad caluniam pharisæorum. Cui enim apud Marcum præcedant aliquot pharisæorum caluniæ, significatur iam alteram sequi alia occasione Domino obiectam.

## In caput. XXXVIII.

**D**E capitis huius ordine nulla potest esse dubitatio, cum hunc ordinem omnes tres seruarint Euangelistae. Et quidem ex Matthæo intelligi potuisset eadem die istud contigisse quæ factum præcedens. Sic enim narrat, quasi sine aliquo medio mox istud factum sit. Sed ex Luca, qui in alio sabbatho istud narrat factum, constat alio die hanc rem gestam. Nihil autem est repugnantiae, quod apud Matthæum dicantur Iudei rogasse Dominum, Si liceret sabbathis curare: apud Marcum verò & Lucam legitur Dominum interrogasse eos. Intelligendum enim secundum Augustinum lib. de consen. 2. quemadmodum indicat Concordia, quæ illi prius interrogauerint Dominum, Si licet sabbathis curare: & quod deinde Dominus intelligens cogitationem eorum, aditum accusandi quæretium, constituerit in medio illum quem erat sanaturus, & interrogauerit quæ Marcus & Lucas eum interrogasse commemorant. & tunc illis tacentibus proposuerit similitudinem, quam habet Matthæus de oue, concludens alterum eorum

eorum quæ interrogauerat, nempe quæ liceret sabbathis benefacere. Cum enim illi interrogassent, Si liceret sabbathis curare, Dominus contra talem proposuit questionem, qua manifestum erat quid ad ipsorum respondendum esset interrogationem, questionem scilicet altera questione soluens. Aut intelligi potest, Matthæum Euangelistam pharisæis tribuisse illam questionem, Si liceret curare sabbathis, ed quod ipsi obseruantes Dominum si sanaret in sabbathis, huiusmodi questionem animo voluebant.

## In caput. XXXIX.

**P**ost ea quæ ex Matthæi. 12. capite sunt iam duobus Concordiæ capitibus posita, sequitur in Matthæo, Tunc oblatum est ei demonium habens. & c. quæ narratio continuam ad superiora sequelam videtur significare. Non postea tamen hanc narrationem subijci immediate superioribus patet. Nam huius demoniaci curationem, non factam in secessu illo, cuius fit mentio in fine capitis præcedentis: sed in domo, ac pharisæorum & scribarum præsentia, patet satis ex his quæ sequuntur in Mat-

CONCORDIAE

theo, & multò magis ex Marco, qui  
 et si non faciat mentionem istius demo-  
 niaci, tamen cum non tacuerit calum-  
 niam phariseorum natam demoniaci  
 huius occasione & responsionem Chri-  
 sti, satis ex eo etià manifestum est, ante  
 demoniaci huius curationem, factam  
 esse in monte Apostolorum electionem,  
 quam superioribus subiungit Marcus  
 sicut & Lucas, quorum uterque satis  
 significat in secessu illo de quo superius,  
 factam esse in monte (quo Dominum  
 ascenderat, turbas vitans) illam Apo-  
 stolorum electionem. Proinde quocum-  
 que modum cum Matthæus dicit, In illo  
 tempore, non debet intelligi certum il-  
 lud tempus, quo quæ apud ipsum præ-  
 cedunt, gesta sunt, sed frequenter gene-  
 raliter totum tempus prædicationis Chri-  
 sti demonstratur: ita & hic dicendum  
 est de adverbio Tunc, quod non est ali-  
 lud quàm, in illo tempore. Cùm autem  
 ex Marco simul & Luca multum sit  
 verisimile, in secessu illo superiori cor-  
 rigisse Apostolorum electionem, atque  
 mox post eam electionem Lucas de-  
 scribat habitum sermonem à beatus-  
 tudinibus incipientem, similem prolixo illi  
 serm-

RATIO.

sermoni, quem prosequitur Matthæus  
 cap. 56. & 57. videndum, num sermo  
 quem habet Lucas, idem sit cum ser-  
 mone Matthæi, ut hinc constet an hoc  
 loco inferenda sint illa Matthæi capi-  
 ta, nec ne. Et quidem plerique diuer-  
 sum putant, eò quòd Lucas omnino vi-  
 deatur significare Dominum suum ha-  
 buisse sermonem, non in monte, sed in  
 loco campestri, idè stando. Matthæus  
 verò sermonem à se descriptum vi-  
 detur significare habitum in monte,  
 idè à Domino sedente. Merito tam-  
 en videtur non dubitandum quin  
 unus idemq; sit sermo, eodem & tem-  
 pore & loco habitus, cum utriusq; idem  
 sit & principium & finis: & quæcun-  
 que in medio habet Lucas, eadem ha-  
 beat & Matthæus, quàmvis latius, &  
 plura complectens. Uterque enim inci-  
 pit à beatitudinibus, uterque desinit  
 concludendo suum sermonem de homi-  
 ne prudente qui edificauit super pe-  
 tram: uterq; etiam post suum sermonem  
 seruum Centurionis sanatum narrat,  
 Quæ ad eò mouerunt D. Augustinum, ut  
 dum lib. 2. de consen. Euang. disputat  
 de hoc argumento, omnino putet, si mo-  
 do



ad diuersi sint sermones (quod tamen ibi non asserit, sed et modum ostendit quo intelligi possit, salua Euangelistarum Concordia, eundem esse sermonem) habitos tamen uno eodemq; die. Et Matthæi quidem sermonem prius habitum in monte præsentibus tantum discipulis, Lucæ verò sermonem deinde habitum in loco campestri post e monte descensum, audientibus omnibus turbis. Sed hanc sententiam non esse verisimilem ex eo satis probatur, quod post sermonem à Matthæo descriptum subiungatur. Et factum est cum consummasset Iesus verba hæc, admirabatur turba super doctrina eius. Hinc enim constat et illum sermonem habitum turbis præsentibus. Itaque quo dissoluatur dissonantia illa quæ videtur esse inter Matthæum et Lucam, dum quis vult asserere eundem utriusque esse sermonem, sciendum ea quæ à Matthæo (breuitati ferè studente in recensendis Christi factis, verba verò Christi prolixius referente) omissa sunt, à Luca, ut et aliàs, fufius explicata esse. Nam quod Matthæus dixit: *Visdens autem Iesus turbas, ascendit in*

montem, latius exposuit Lucas, indicans ad quid ascenderit, quidue in monte egerit, dicēs: *Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, et erat pernoctans in oratione Dei. Quod verò Matthæus subiicit: Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. latius explicat Lucas, exponens, quando, et qua ratione accesserint ad Christum discipuli: Et cum, inquit, dies factus esset, vocauit discipulos suos. Quod et Marcus sic habet: Et ascendens in montem, vocauit ad se quos voluit ipse, et venerunt ad eum. Postea describit hi duo electionem duodecim Apostolorum, quam Matthæus omisit, ut et descensum de monte cum suis discipulis in locum campestre tacuit, quem Lucas expressit. Quod autem Matthæus subiungit: Et aperiens os suum docebat eos dicens. id Lucas post descriptum descensum sic extulit: Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Sic nihil erit pugnantiae aut de loco in quo sermo sequens sit habitus, aut de corporis positione in qua sermonem Dominus habuit, videlicet an stando an sedendo. Matthæus enim in*

montem conscendisse Dominum scribit, quemadmodum et Lucas, et sedisse cum accederent ad eum discipuli: non asserit autem ipsum aut in monte, aut sedendo habuisse hunc sermonem, sed tantum dicit, *Aperiens os suum dicebat eos: quod ubi fecerit, et quo corporis habitu omnino videtur explicuisse Lucas, nempe quod stans in loco campestri. Et quidem ex ipso Mattheo factis colligere licet, non habitum sermonem à Domino cum sederet in monte. Nam cum dicit: Videns turbas ascendit in montem, significat eum declinasse turbas, cumq; subiicit: Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, significat utiq; turbas non accessisse ad Dominum sedentem in monte: et tamen in fine significat etiam turbas audisse hunc sermonem. Non ergo in monte, quo non ascenderunt turbæ, habitus est sermo, sed in loco campestri, quo ad eas Dominus accessit. Quod si queritur, quorsum ergo Mattheus scribat Dominum ascendisse montem, et sedisse in eo, si non voluit significare, in eo sermonem habitum à Domino sedente? (Nihil enim alioqui significabi-*

*tur ab ipso factum in monte, aut cur sederit) Dicendum, Mattheum volentem in principio prædicationis Christi ponere summam Euangelicæ prædicationis et perfectionis, non potuisse electionem Apostolorum in monte factam præponere, quod necdum suam vocationem commemorasset, montis tamen et accessus discipulorum ad Christum fecisse mentionem, ut significaret legem Euangelicam, quæ hoc continetur sermone, è monte profecta sicut et vetus lex profecta fuit, atque hunc sermonem potissimum dictum esse discipulis et Apostolis, quibus quedam eius partes sunt proprie. Quod et Lucas significare volens dixit. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Aut dicendum aliter secundum Augustinum, in aliqua excelsiore montis parte primo cum solis discipulis Dominum fuisse, quando ex eis illos duodecim elegit, deinde cum illis descendisse, non de monte penitus, sed de ipsa montis celsitudine in campestrum locum, id est, in aliquam æqualitatem, quæ in latere montis erat, et multis turbis capere poterat, atq; ibi stetisse, donec ad eum tur-*

bæ congregarentur, ac postea cùm se-  
 disset accessisse propinquius discipulis  
 eius, atque ita illis cæterisq; præsen-  
 tibus unum habuisse sermonem, quem  
 Matthæus & Lucas narrauerunt. Se-  
 cundum priorem conciliandi modum  
 illud Matthæi: Et cùm sedisset, accessi-  
 runt ad eum discipuli eius in Concor-  
 dia collocadum est, ante illud quod in  
 Luca & Marco dicitur de electione  
 Apostolorum. Secundum posteriorem  
 verò modum, illud collocandum est  
 post electionem & descensum de mo-  
 te, ante illud Lucæ: Et ipse eleuatis o-  
 culis, &c. Cùm autem ostensum iam  
 fit, hoc loco sermonem qui est apud Ma-  
 thæum inferendum fuisse, habetur ra-  
 tio omnium sequentium capitum, qui-  
 bus hic sermo continetur per partes,  
 nēpe. 39. 40. 41. 42. & 43. capitum. In  
 quo sermone pleraque quæ hic solus ha-  
 bet Matthæus à Domino dicta, Lucas  
 in alijs locis sparsim etiam commemo-  
 rat, nec tamen Lucæ narrationem cū  
 Matthæi coniunximus, tum quod id  
 commodè fieri non potuerit, tum quod  
 verisimile est eadem illa frequenter à  
 Domino dicta, & hoc loco quo ea Mat-  
 thæi

thæus commemorat, & illis locis qui-  
 bus ea Lucas recensuit, quanquam  
 fieri possit ut quædam nunc dicta Lu-  
 cas postea referat per recapitulationem,  
 & Matthæus nunc quædam inserue-  
 rit per præoccupationem. Videtur enim  
 Matthæus summam Euangelicæ do-  
 ctrinæ sparsim licet à Domino diuersisq;  
 traditæ temporibus, semel simul com-  
 plecti, quemadmodum & alibi dum  
 Christi refert sermones ea coniungit  
 quæ apud Lucas in diuersis reperun-  
 tur locis, quæ tamen, quoniam verifi-  
 mile est bis esse dicta, bis etiam in Con-  
 cordia sunt collocata, marginali anno-  
 tatione indicante locum, quo eadem  
 illa iteratò sunt posita.

### In caput. XLIII.

**I**N hoc capite monendum imprimis  
 hoc est, quod cū in annotatione præ-  
 cedenti ostensum sit ex Luca atque ex  
 ipso Mattheo, Dominum descendisse è  
 monte priusquam prædictum habuerit  
 sermonem, illud quod hic dicit Mat-  
 thæus post sermonem: Cùm autem de-  
 scendisset de monte, secutæ sunt eum  
 turbæ multæ: sic est accipiendum, ut  
 intelligatur eum iam memorare quod  
 prius

prius præterierat, & à Luca explicat  
 est. Cum enim prius ascensus in moun-  
 tem meminisset, & nec dum descensus,  
 iamq̄ vellet narrare Dominum ab  
 migrasse sequētibus se turbis, necessa-  
 rio iam descensus à se prætermissi me-  
 tionem fecit. Et quidē Lucas post de-  
 scriptum à se sermonem, subiicit Do-  
 minum intrasse Capharnāum, ubi  
 miraculum in seruo Centurionis acci-  
 disse cōmemorat. Matthæus verò post  
 quā Domini in Capharnāum ingre-  
 ssum cum subsequuto illo miraculo com-  
 memoret, præmittit curationem lepro-  
 si cuiusdam, eamq̄ sic narrat ut omni-  
 no videatur, statim post descensum è  
 monte contigisse ante ingressum in Ca-  
 pharnāum, proinde quòd scribit Lucas,  
 Dominum, postquam impleisset omnia  
 verba sua in aures plebis, intrasse Ca-  
 pharnāum, non sic accipiendum, quasi  
 statim intrauerit, nulla re in medio ge-  
 sta: sed ex Matthæo intelligēdum prius  
 contigisse leprosi curationem, quam  
 Marcus quoque & Lucas narrant, sed  
 alio loco. Marcus enim eam capit. 1.  
 narrat post curationem focrus Simo-  
 nis, subiungens deinde capit. 2. introi-

tum in Capharnāum, & curationem  
 paralytici. Lucas verò cap. 5. similiter  
 post curationem focrus & vocationem  
 Petri, subiungens etiam curationem  
 paralytici. Verū neuter sic narrat hoc  
 miraculum, ut aliquem ordinem cum  
 præcedentibus, aut sequentia cum ipso  
 habere significant, sed uterque simpli-  
 citer narrat contigisse miraculum, ut  
 patet legenti. Quare cum Marcus &  
 Lucas curationem sui leprosi eisdem  
 adeò verbis & circumstantiis descri-  
 bant, quibus Matthæus sui leprosi cura-  
 tionem, ut dubium meritò esse nō de-  
 beat, quin idem miraculum à tribus sit  
 narratum: & Matthæus miraculi hu-  
 ius tempus & ordinem significasse hic  
 videatur, necessario Lucæ & Marci  
 narratio hoc loco inserta est, & comun-  
 da narrationi Matthæi.

## In capit. XLV.

Quamquam in narratione Lucæ  
 & Matthæi de Centurione, sint  
 quædam diuerstates, ob quas  
 quidam putant alium esse Centurio-  
 nem de quo Matthæus, & aliu de quo  
 Lucas memorat, tamē rursus ob mul-  
 tas similitudines incidentes, non pos-  
 test

test probabiliter existimari aliud esse quod Lucas narrat, ab eo quod narrat Matthæus. Ambo enim Centurionem introducunt Capharnâum commorantem, ambo eandem fidem verbis declaratam suo tribuunt Centurioni, ambo suum à Domino eisdem verbis commendatum, ac sui voti compotem effectum post sermonem in monte, vel circa montem habitum, commemorant. Nec obstat quod Matthæus puerum Centurionis sanatum narret, Lucas verò seruum. Non enim apud Matthæum nomen pueri, ut quidam volunt, accipitur pro filio, sed pro seruo. Nam dictio græca παῖς, quæ hoc loco ponitur, utrumque significat, sicut Latinis nomen puer. Rursum non obstat quod Matthæus videatur significare Centurionem per seipsum accessisse ad Christum: Lucas verò aperte testatur suum non per sese accessisse, sed mississe Iudæos, qui suo nomine Dominum rogarent. Intelligendum enim Matthæi hic, ut & alibi, breuitati studentem recensendis miraculis, id tribuere Centurioni, quod eius nomine alij fecerunt & dixerunt. Itaque accessisse eum de-

cit

cit ad Christum, & dixisse: Domine, puer meus, & cætera. quia eius nomine & iussu accesserunt seniores Iudæorū, ut explicauit Lucas. Et Dominum dicit illi respondisse. Ego veniā, & Vade, sicut credidisti fiat tibi, quia tale quid dixit illi non in propria eius persona, sed in amicis ab ipso missis, quare necesse est Christum dixisse pluraliter. Itē, & sicut creditur fiat ei, verum Matthæus coactus fuit dicere: Vade, & sicut credidisti fiat tibi, eod quod breuitati studēs introducat Ceterionem veluti in propria persona accedentem Dominum.

In caput. XLVII.

Cum apud Matthæum nihil sequatur immediatè quod præcedentibus sit subiiciendum (nam quæ apud illum sequuntur, sicut non narrantur cum ordinis ad superiora consequentia, ita ante sermonem illum prolixum contigisse prius est ostensum, narrantur tamē à Matthæo post sermonē, ob id, ut videtur, ut multis miraculis Christi doctrinam ante omnia miracula à se descriptam, comprobaret legentibus) Lucas verò post miraculum curati serui Ceterionis, aliud miraculum subij-

T  
ciat

erat cum consequentiæ significatione, dicens: Et factum est deinceps. necessarium ista Lucæ narratio hoc loco erit subyecienda in Concordia.

## In caput. XLVII.

**H**istoriam de Iohanne Baptista, quæ hoc capite continetur, Matthæus describit cap. II. post missionem duodecim Apostolorum, sed sic, ut non significet ordinem necessarium cū precedentibus. Lucas verò sic subiungit eam precedentis miraculi narrationi, ut & ordinē indicet, proinde hoc loco Matthæi narratio necessariò erat inferenda cum Luca. Notandum tamen, q̄ quæ in hoc capite ex Matthæo sunt posita, ab illo loco: Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, & c. vsque ad finem capitis, ea ex magna parte etiam habentur apud Lucam capite eius. 10. dicta à Domino post ordinationem. 70. discipulorum. Proinde vel dicendum est, Dominum illa bis diuersis dixisse temporibus, vel Matthæum hic superiori sermone coniunxisse, quæ alio tempore sunt dicta, propter eorum cum precedentibus optimam connexionem & conuenientiam. Nam hæc eo loco esse dicta

dicta quo ea Lucas narrat, satis clarum est ex ipsa Lucæ narratione. Dicit enim, reuersis discipulis, & gloriantibus in his quæ fecerant miraculis, Dominum in ipsa hora dixisse: Confiteor tibi pater, & cetera. ita ut si hæc tantum semel à Domino sint dicta, non possit dici Matthæum ordinem seruasse, Lucam verò non. Quoniam autem hæc cum superioribus optimam habent connexionem, & Matthæus aduerbio, Tunc, videtur significasse eodem tempore hæc à Domino dicta quo superiora, & deinde eodem etiam tempore habitam sequentem gratiarum actionem, quo hanc ciuitatum exprobrationem, cum à Luca confessio & exprobratio narrentur diuersis factæ temporibus, (nam exprobratio narratur in missione. 70. discipulorum habita, confessio verò post reditum) ideo malumus eam sequi in Concordia sententiam qua dominus hæc bis putatur dixisse, quamuis hæc rationes non sint omnino efficaces. Nam per illud Matthæi, Tunc & In illo tempore, non necessariò intelligitur idem illud temporis punctum designatum, quo dicta sunt à

Domino quæ præcedunt. Potest enim accipi designatum tempus latius quo multa dicebantur & gerebantur à Christo, quomodo his demonstrationibus frequenter utitur Matthæus. Et in Matthæo obseruare licet, quòd cum incepit narrare quædam à Domino dicta tempore aliquo, adiungat & alia illis consona & conformia, quæ Lucas diuersis cõmemorat dicta temporibus.

## In caput. XLV III.

**H**abet hoc caput historiam de muliere peccatrice, à solo Luca descriptam, quam cum Lucas subiunxit is quæ ex ipso in præcedenti capite sunt posita, nec ex aliquo Euangelistarum occurrat aliquid quod huic sit præponendum, non potest esse dubitatio de ordine huius capitis, quamuis sine ordinis alicuius significatione hanc Lucas perscripserit historiam.

## In caput. XLIX.

**Q**uòd & huius capitis & aliorum sequentium ordo constet, sciendum nõ potuisse præcedentibus subiungi quæ vel apud Matthæum, vel apud Lucam sequuntur superiora. Nam apud Matthæum quidẽ in prin-

cipio capitis. 12. narratur de reprehensione pharisæorum, propterea quòd discipuli in sabbatho uellebant spicas: & rursum de altera eorundem, eò quòd in sabbatho Dominus sanasset manũ aridam. At hæc duo contigisse ante habitum sermonem illum, qui dicitur sermo in monte, superius ex Marco & Luca est probatum. Apud Lucam uerò in capite octauo sequitur, quomodo Christus circuiert ciuitates & castella, quòd dõ congregata ad ipsum turba proposuerit parabolã seminantis. Hæc autem parabolam ex Marco & apertius ex Matthæo uidetur proposuisse Dominus, post curatum illum demoniacum, de quo Matthæi. 12. & disputationem, quæ illius miraculi occasione habita est à Domino cõtra pharisæos. Nam post hæc omnia quæ habentur in Matthæo usque ad finem caput. 12. sequitur in principio capitis. 13. In illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Et subiicitur parabola seminantis cum alijs multis. Quem eundem ordinem seruauit & Marcus. Ex quo Marco satis cõstat oportere antequam alia hic in Concordia subiiciantur, hoc

Loco inferere totam illam narrationem Matthæi, quæ est à medio cap. 12. ubi incipit commemorare miraculum curati dæmoniæ, vsq; ad finem cap. 13. ac tunc subiiciendam missionem duodecim Apostolorum, quam describit Matthæus cap. 10. Nam Marcus post descriptam electionem duodecim Apostolorum factam in monte, subiungit Christum venisse iterum in domum cum suis, & confutasse phariseos auctes in virtute dæmonis ipsum pelleri dæmones, ac deinde eundem narrationis ordinem cum Matthæo profequitur, donec eò perueniat, ut dicat Dominum, postquam circuisset castella, misisse Apostolos binos & bimos, nisi q; interponit curationem dæmoniæ in regione Gerasenorū, & mulieris Aemorrhœ, & resuscitationē filie Archifnagogi, quæ tria ante sermonē in monte & electionem duodecim Apostolorum contigisse, prius est ostensum. Et alioqui etiam certum est totam illam narrationem Matthæi à medio capitis. 12. vsque ad finem cap. 13. ponendam ante missionem Apostolorum. Nam post Apostolorum reditum, statim ea con-

tigisse

tigisse quæ Matthæus narrat cap. 14. evidentissimum est ex Marco & Luca. Secessum enim Christi cum suis, quæ eo capite Matthæus scribit factum, audita occisione Iohānis, reliqui duo narrant factum mox post reuersionē Apostolorum. Ex his autem sic constitutis, patet in genere ratio ordinis capitum sequentium, vsque ad cap. 60. nec erit deinceps tanta in constituendo ordine rerum ab Euangelistis narratarū difficultas, quod à capite. 14. Matthæus ferè perpetuum rerum seruet ordinē, sicut & Marcus à cap. 6. Ceterum miraculum curati dæmoniæ, & disputatio hinc nata, quæ in hoc cap. 49. habentur, scripta sunt à Luca capite. 11. etiam post missionē. 70. discipulorum, sed sic, ut nullum significet tempus vel ordinē. Dicit enim: Et erat eiciens dæmonium, & illud erat mutum. Non dicit autem: Et tunc, vel, Post hæc erat, & cetera. Quare Lucæ narratio nihil obstat huic nostro contextui. Nec putandum aliud esse miraculum de quo Lucæ, ab eo de quo Matthæus, quamquam ille dæmonium mutum tantum dicat, hic verò mutū & cæcum. Nam



quæ sequuntur apud utrumque dicta à pharisæis & à Christo, manifeste satis ostendunt unum & idem esse miraculū. In hoc autem capite etiam illud monendum, parabolam illam de immundo spiritu à Luca recenseri ante responsum Domini ad eos qui petierunt signum, sicut & exclamationi mulieris, quæ sequitur in capite sequenti, verum quia Matthæus magis videtur seruasse ordinem, & magis conuenit ut intelligatur ea parabola dicta post redargutionem utriusque columnæ pharisæorum, ideo magis erat reponenda in fine, quanquam pariter referat & superflud queratur, quo ordine hæc dicta sunt.

In caput. L.

**H**istoria de matre & fratribus Iesu, quæ in hoc capite posita est post exclamationem mulieris à Luca descriptam capite undecimo, ab eodem Luca scripta est capite. 8. gestam tamen eam post ea quæ superiori continentur capite, patet satis tum ex eo quod Marcus & Matthæus concorditer eam subiiciunt superioribus, tum ex eo quod Matthæus dicat: Adhuc eo loquente

ad

ad turbas. Proinde intelligendum, ut & Augustinus annotauit, Lucam non tenuisse in huius descriptione ordinem rei gestæ, sed præoccupasse eam, & ante recordatam narraſſe, quam nec conuenienter hoc loco narraſſet, quod similem sententiam iam à Domino dictam commemoret, qua beatificat eos qui audiunt & custodiunt uerbum Dei. Hæc enim similis omnino est ei, quæ Matthæus & Marcus beatificasse Dominum eosdem iam narrant.

In caput. LI.

**P**arabola quoque seminantis, quæ hoc capite continetur, à Luca est descripta cap. 8. tamen quoniam eam Matthæus simul & Marcus superioribus subiiciunt, & Matthæus dicit: In illo die, ideo omnino illa cum sequentibus parabolis erat superioribus in Concordia subiungenda, quamuis illud, In illo die, non necessario sic fit accipiendum, ut quæ sequuntur eodem die quo præcedentia sit necessarium intelligere contigisse, cum possit dies accipi more scripturæ pro tempore. Habet autem hæc parabola seminantis optimam connexionem cum eo quod dictum est ca-

pite precedenti de beatitudine eorum qui voluntatem Dei faciunt, & auditum Dei verbum custodiunt, unde etiam Lucas hæc coniunxit, quâquam diuerso ordine ab alijs duobus Euangelistis.

## In caput. LIIII.

**C**Hristum transisse in Nazareth post dictas parabolas in superioribus positas capitibus, ex Matthæo est manifestissimum. Sed inter parabolas illas & aduentum in Nazareth alia adhuc intercessisse videri possêt ex Marco, qui inter illa interponit transfretationem Domini in regionem Gerasenorum, videturq; significare eodem die illam contigisse quo dictæ sunt illæ parabole. Deinde & curationem subiecti dæmoniâci in regione Gerasenorum, curationē item mulieris Aemorrhœossæ, ac resurrectionem filæ Archisynagogi, quæ omnia etiam Lucas in capite. 8. subiungit post parabolam seminantis. Verùm supra in capite Concordiæ. 30. ostensum est hæc omnia à Marco interposita cōtigisse ante sermonem Domini in monte. Promde præcedentibus capitibus nihil aliud potuit videri sub-

ijcien-

biçiedum, quàm accessum Domini ad Nazarenos, quem Matthæus sermone parabolarum sine aliquo medio adiunxit, quem & Marcus post illa interposita subdidit dicens: Et egressus inde, abiit in patriam suam. Per Inde, significans Capharnäum: vbi verisimile est parabolas postremas à Domino dictas in domo, & resuscitatum quog; filium Iairi, de qua ante hæc verba meminit Marcus. Porro cum supra ostensum sit aduentum Domini in Nazareth, quem Lucas narrat capite suo quarto, descriptum ab eo per anticipationem: eundem illum esse cum eo, quem nunc commemorant Matthæus & Marcus, illud præter alia similia arguit, quod sicut illi scribunt Dominum dixisse: Non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua. ita Lucas scribit illum dixisse: Amē dico vobis, Nemo propheta acceptus est in patria sua.

## In caput. LV.

**I**Nter caput Matthæi. 13. & 14. inserendâ esse missionē duodecim Apostolorū quâ Matthæus describit ca. 10. ostensum est satis in annotatione cir-

ca caput Concordiæ. 49. Ante autem eam missionem præmittendū esse quod habetur apud Matthæum in fine cap. 9. quomodo Dominus circuierit ciuitates & castella, & videns turbas miseratus fit earum, &c. etiam est certissimum, quod ea, quæ ibi narrantur, occasio fuerint missionis Apostolorum. Unde et Marcus missioni illi præmittit. Et circuebat castella in circuitu docens. Videtur autem hic circuitus Dominicus meminerunt Matthæus & Marcus, idem esse cum illo quem describit Lucas in principio capitis sui. 8. postquam descriptionem, interpositis quibusdam quæ ostensum est contigisse prius, etiam subiicitur ab ipso in principio cap. 9. missio Apostolorum, proude etiam principium. 8. capitis Luca hic cōiunximus cum narratione Matthæi & Marci. Ceterum in narratione præceptorum cum quibus suos Dominus ad prædicandum amandauit, videtur duplex esse inter Marcum & alios duos Euangelistas contrarietas. Matthæus enim etiam calceamenta Apostolis fuisse prohibita scribit, sicut & Lucas. 70. discipulis: Marcus uero

per

permissum fuisse dicit ut essent calceati sandalijs. Rursum Matthæus simul et Lucas etiam virgam eis interdixit scribunt, Marcus uero aperte virgam permissam testatur, dicens, Nisi virgam tantum, sed omiſſis causa breuitatis varijs rationibus quibus quidam apparentes has contrarietates conantur conciliare: ad prius, re- Et dicitur cum Augustino ea calceamenta prohibita quæ totum pedem tegerent, sandalia uero concessa, quæ plantam quidem pedis defenderent ab occurrētibus uia incommodis, uerum superiorem pedis partem sinerent nudam. Huiusmodi enim calceamenti genus uocari sandalia indicat D. Augustinus. Quia ergo Christus & Apostoli, ut est uerisimile, pro more illius regionis maxime recepto à pauperibus, utebantur sandalijs: noluit Dominus suos iam profecturos mutare sandalia, & quemadmodum itinerantes facere ibi solebant, calceamenta assumere, quæ totum defenderent pedem: sed eos uoluit non aliter ire instructos ad prædicandum, quàm sicut incedebant cum adessent illi, ac ipsum comitabantur.

Ad secundum, simplicissimum fuerit de cere, de alia virga loqui Marcum, & Matthæum & Lucā. Est enim virga, quā sustentādi lassī corporis causa assumimus, quæ Hebræis dicitur מִשְׁכָּן מִשְׁכָּן, quod est nimiti. Et est virga quam vindicandi aut defendendi gratia gerimus, quæ dicitur Hebræis שֶׁבֶת שֶׁבֶת Schebeth, unde & illud psalmo. 2. Reges eos in virga ferrea. Hanc ergo Apostolis interdicitam rectè intellexerimus, illam verò permissam. Quod enim virgam illam defensoriam Dominus hic prohibere voluerit, satis patet ex eo quod postea cum in speciem videtur apud Lucam reuocare hanc suam constitutionem, dicat, Nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram, & qui nō habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Gladium enim ibi opponit virgæ olivæ à se prohibite. Quod verò noluerit prohibere virgam, quæ itineris labori alleviaret, satis patet si eius scopum in his præceptis spectemus. Nō enim voluit perfectionem illis reddere onerosiorem, sed expeditiorem. Itaque Marcus veluti præcauere volēs, ne quod Mat-

thæus

thæus scripsit, malè intelligeretur, sicut scripsit sandalia Apostolis concessa, significans qualia eis fuissent prohibita calceamenta, ita & virgam cōcessam scribit. sed adiciens, Nisi virgam tantum, satis significauit se de alia virga loqui, quā de qua locutus erat Matthæus, nēpe de virga aliqua parui momenti, & quæ tantum virga esset aut baculus, qualis fuit ille de quo Iacob Genesis. 32. In baculo meo transiui Iordanem. In hoc autem capite præterea monendum, Matthæum hic pleraque aduinxisse dicta à Domino, quibus suos præueniuit contra persecutiones obuenturus eis propter prædicationem, quæ tamē multis de causis videri possunt hoc tempore non esse à Domino dicta, nimirum quod illa Marcus & Lucas alio loco & tempore cōmementent dicta, & quia Iohannes capite suo. 16. scribit Dominum in ultima cœna dixisse, se ob causam ab initio non prædixisse de persecutionibus, & quia persecutiones non pertinet ad primam istam Apostolorum legationem, sed ad illam secundam qua post ascensionem Domini ituri erant ad prædicandum

in uniuerso orbe. Primam enim legationem fuisse sine periculis & persecutionibus, patet satis & ex loco Luc. 22. supra citato, & ex gaudio. 70. discipulorum, qui reuersi à prædicatione gloriabantur sibi subiecta demonia, nihil querentes de persecutione. Quia tamè illa Matthæus hoc loco commemorauit ob eorum aptissimam coherentiam cū alijs hoc tempore dictis ad Apostolos, & ne nimis confunderentur Euangelistarum descriptiones, non est uisum Concordia quicquam omittere eorum, quæ hic narrat Matthæus, quemadmodum & in alijs locis uerba Dñico semper loco reliquimus quo ea Euangelistæ narrant, quamuis ex aliorum narratione uideri possunt alio dicta tempore & loco.

## In caput. LVI.

**I**N hoc capite, de cuius ordine satis constat ex precedentibus, dubium occurrit circa Euangelistarum narrationem, quomodo Matthæus scribat Herodem dixisse pueris, hoc est, famulis suis, Iesum esse Iohannem à mortuis resuscitatum, quod & Marcus eum post aliorum sententias scribit affir-

masse, cū Lucas dicat eum hæsitasse, & hæsitando dixisse: Iohannem ego decollauit, quis est autem iste de quo ego talia audio? Ad quod tripliciter responderi potest. Aut enim dici potest, Herodem prius quidem hæsitasse, sed deinde confirmatum, affirmasse Iesum esse Iohannem, & negasse quidem, cū loqueretur uulgò eum esse Iohannem, ne ad eum concurrerent, & contra se seditionem concitarent, affirmasse autem seorsum famulis suis, quibus confidenter sententiam suam atque timorè aperuerit. Verisimile est enim ipsum iam magis timuisse, ne Iohannes ex mortuis resurgens, & potentior effectus, uehementius ipsum argueret. Aut dicendum uerba Herodis apud Matthæum & Marcum pronuntiata esse hæsitando & interrogatiuè, ut sit sensus: Num hic est Iohannes Baptista? num ipse surrexit à mortuis? Et, quem ego decollauit Iohannem, num hic surrexit à mortuis? Aut quod eodem ferè recidit, intelligenda sunt uerba Herodis apud Matthæum & Marcum dicta esse per ironiam. Sic enim intelligit D. Hieronymus in Marcū. Circa quæ

Marcum notandum, quòd cùm passim apud eum legamus in principio huius historie: Et dicebat, Quia Iohannes Baptista resurrexit à mortuis, & cetera. Augustinus lib. 2. de consen. Euange. legit pluraliter, Et dicebant, ut non ad Herodem referatur, sed ad aliquam turba. Quæ lectio magis congruit narrationi Lucæ, & ordini etiam apud ipsum Marcum. Quomodo enim aliqui conuenit, ut post expressam sententiam Herodis de Iesu, deinde horum sententijs interpositis, inseratur: Quo audito Herodes ait. Illa enim verba satis significant aliorum sententiã tantum superius positã. Et D. Thomam quoque legisse, Dicebant, quãtis in contextu cathenæ habeatur. Dicebat, patet ex ipsius commentario: Et dicebant, inquit, scilicet aliqui de turba. Sed & Beda legit, Dicebant, tribuens hæc verba non Herodi, sed Iudeis. Et tamen omnes græci codices habent verbum singularis numeri *ἔλεγε*, verum facile potuit *ἔλεγον* mutari in *ἔλεγον*, ab aliquo qui putauit hæc verba tribuenda Herodi, tum quòd non præcedat mētro de alijs quibus tribue-

rentur,

rentur, tū quòd hæc verba apud Matthæum Herodi tribuantur. Cæterum quoniam hic fit mentio mortis & decollationis Iohannis, Matthæus & Marcus obiter occasionem & modum mortis eius subiecerunt, per recapitulationem, captiuitatem, & occisionem eius retexentes, sed captiuitatē eius in Concordia suo posuimus loco, ubi eius meminit Lucas, occisionem autem alio loco quàm hoc non licuit collocare.

In caput. LVII.

**I**N hoc capite imprimis admonendum est illud, quòd illud apud Matthæum, Quod cùm audisset Iesus, communiter intelligatur de audita morte Iohannis, ut sit sensus: Cùm audisset Iesus à discipulis Iohannis, occisum ab Herode Iohannem. Ideoq̃ hinc intelligitur Iohannem occisum fuisse circa festum paschæ, eò quòd, ut testatur Iohannes Euangelista, miraculum hoc quod mox post hunc Dñi secessum est factum, contigerit circa pascha. Verum magis verisimile est, aliquantulū, imò multum temporis intercessisse inter Iohannis decollationem, & famam illum Iesu apud Herodē, ex qua puta-

tus est fuisse Iohannes resuscitatus, & Iesum iam dudum audiuisset Iohannem fuisse decollatum, quod iam ita passim vulgò fuit cognitum, ut dicerent Iohannem resurrexisse à mortuis. Oportet enim intelligere omnino illa miracula, quæ audiuisse dicitur Herodes facta à Iesu, contigisse post decollatum Iohannem. Nam ea Herodes & alij tribuunt Iohanni resuscitato. Proinde notandum græca non haberi. Quod cum audisset Iesus, vel ut vertit Erasmus, Id cum audisset Iesus, ut fiat relatio ad id quod immediatè præcessit de discipulis Iohannis, Et venientes nuntiauerunt Iesu, quod de morte Iohannis annuntiata videtur intelligendum, sed tantum habent hæc dictiones à inobis, hoc est, & cum audiuisset Iesus, sine aliqua relatione. Itaque propter prædictam rationem, restat hoc referatur ad id quod in præcedenti capitis principio dictum est, nempe quod Herodes arbitratus est Iesum fuisse Iohannem resuscitatum, ut intelligatur Matthæum interposita obiter interfectione & sepultura Iohannis, rediisse ad id unde cœperat, & sit sensus:

Cum

Cum audisset Iesus, quod Herodes arbitraretur se esse Iohannem. In hunc sanè modum apertè intelligit Theophylactus. Matthæus ergo qui missionem Apostolorum iam multò ante scripserat, & ob id non potuit ita commodè secessus Domini occasionem tribuere reditu Apostolorum, tribuit eam extinctioni Herodis de Iesu. Marcus verò & Lucas eam tribuunt redditui Apostolorum, quorum missionem paulò ante narrauerant, ut hinc intelligere debeamus duplicem occasionem secessus simul concurrisse. Iohannes autem huius secessus non scribit ullam occasionem, quod eam ab alijs satis sciuisset expositam, miraculum tamè hoc etsi ab alijs scriptum, contra morem suum commemorare voluit, siue ut suppleret quæ in eo ab alijs erant prætermissa, siue potius quia hoc miraculum occasio fuit diuinissimi illius sermonis qui sequitur apud Iohannem de manducando pane cœlesti, quem ab alijs omissum describere commodè non potuisset, nisi præmissa huius miraculi narratione. Cæterum circa literam & Concordiam Euangelistarum duplex hic

*Hic oritur dubium. Alterum est de loco in quo miraculum istud multiplicationis quinque panum accidit. Nam quodam circa stagnum Genezareth contigerit, videtur ex Luca qui desertum locum in quo factum est miraculum dicit fuisse locum ciuitatis Bethsaida. Hec enim ciuitas est citra stagnum. Cui consonat Brocardus in descriptione terre sanctae, ubi montem illum in quo miraculum contigit, describit non longe abesse à Capharnäum. Quod tamen ultra stagnum locus iste fuerit, manifestè patet non solum ex eo quod Iohannes dicit Dominum abijisse trans mare Galilaeae, sed etiam magis ex eo quod peractio miraculo Dominus iusserit suis, ut transnauigarent rursus ad Bethsaidam, ut habet Marcus, postquam transnauigationem uenerunt in terram Genesar, ut habet Matthaeus, et in Capharnäum ut habet Iohannes. Locus ergo ex quo transnauigauerunt erat ultra stagnum. Alterum dubium est, quomodo turbæ pedestres uenerunt ad eum locum ad quem Christus cum suis tendebat nauigio. Dicit quidem Beda, quod cum*

turbæ

*turbæ pedestres peruenisse dicantur, ostenditur non in aliam maris siue Iordanis ripam discipulos cum Domino peruenisse, sed proxima eiusdem regionis loca adijisse, ad quæ etiam indigenæ poterant peruenire et præuenire pedestres. Verum quomodo tunc dicitur à Iohanne Dominum abijisse trans mare Galilaeae? Cumq̃ ex superiori ratione manifestum satis sit miraculum factum ultra stagnum, non est uersimile illius regionis fuisse turbam istam, sed ex regione alterius ripae, in qua Christus ferè semper diuersabatur, ad quam etiam redeuntem Dominum sunt sequuti, ut habet Iohannes. Ad prius horum omnino uidetur dicendum, ultra lacum fuisse locum ad quem Dominus secessit, eum autem dici fuisse ciuitatis Bethsaida, siue quod esset ei ciuitati ex opposito, siue quia ad illam pertineret ciuitatem, etsi in diuersa esset stagni ripa. Ad secundum non uideo quomodo possit responderi, nisi dicamus è Capharnäum Dominum primo secessisse (nam ibi uersimile est ad ipsum congregatos Apostolos) ac in oppositam ripam*



ripam nauigasse, illumq; nauigantem  
 & abeuntem multos uidisse, ut dicit  
 Marcus, alios autem ab his qui uide-  
 rant audisse, ut habet Matthæus, atq;  
 hos circumueundo paululum eam oram  
 in qua est Capharnâum, quod est in  
 extremo stagni situm, Iordanem deu-  
 de transisse, siue per pontem aliquem,  
 siue per ipsius fluij aquas transuadi-  
 do. In Euangelistarum narratione  
 etiã illud in hoc capite uideri possit di-  
 cordiam aliquam sonare, quod Mar-  
 thæus, Marcus & Lucas dicunt Apo-  
 stolos suggestisse Christo de turbæ  
 dimissione. Iohannes uerò uidetur si-  
 gnificare, Dominum prius de cibandis  
 turbis fuisse sollicitum, cum dicit eum  
 cõspecta hominum multitudine inter-  
 rogasse Philippum: Vnde ememus pa-  
 nes, ut manducent hi? Sed hanc ap-  
 parentem historiæ diuersitatem bene  
 soluit D. Augustinus, docens intelligen-  
 dum prius quidem Apostolos Domini  
 suggestisse, ac deinde dixisse: Non ha-  
 bent necesse ire, date illis uos manda-  
 care. Postmodum Dominum è monte  
 in quo sedebat cum suis susulisse oculos,  
 ac uidisse turbam multã uenisse

& continuò uenire ad ipsum, ac tunc  
 humano more tentasse Philippũ. Nec  
 in eo iudicanda est aliqua cõtrarietas,  
 quòd Iohannes Andream respondisse  
 dicit de quinq; panibus & duobus pi-  
 scibus, reliqui uerò eam responsionem  
 omnibus tribuant Apostolis, eò quòd  
 etiam si solus hoc dixerit Andreas, om-  
 nium tamen nomine hoc dixerit. Sic  
 nulla contrarietas in eo est quòd Mar-  
 cus Apostolos dixisse refert: Euntes  
 emamus ducentis denarijs panes, &  
 dabimus illis manducare. Iohannes  
 uerò dicit Philippum respondisse: Du-  
 centorum denariorum panes non suf-  
 fecturos, ut unusquisque modicũ quid  
 accipiat. Verisimile enim est prius Apo-  
 stolos hoc dixisse quod Marcus refert,  
 ueluti sentientes panes ducentorum  
 denariorum posse eam turbam satia-  
 re. ac deinde Philippum quod illi dixe-  
 rant magis auxisse, ita ut assereret ne  
 tot quidem panes posse sufficere. Dem-  
 de illis uerbis apud Marcum Apostoli  
 noluerũt significare eam pecuniæ sum-  
 mam posse sufficere, sed tanta saltem  
 opus esse, quantam satis sciebant Do-  
 minum cognoscere apud se non esse.

Perinde enim est ac si dixissent: Praecipis ut nos demus illis manducare, id autem ut possemus, opus esset emeremus panes non minus quam ducentis denarijs, cum apud nos sit quàm minimum pecuniae. Non enim, ut quidam intelligit, his verbis significauerunt Apostoli apud se tantum esse pecuniam, sed potius nõ esse tantum quantum ea turba requireret, quod satis patet ex Luca, qui dicit: Nisi fortè nos eamus & emamus in omnem hanc turbam escas. Et subiicit: Erant autem ferè viri quinque milia, significans Apostolos illud de emendo escas dixisse praenimio stupore, quod Dominus praecipisset illis tantam turbam cibare. Ita & verba illa Marci sunt accipienda quasi ex stupore, & per ironiam quandam dicta. Minutum est & tamen ob dissonantiae periculum non praetereundum, quod Iohannes dicat numerum virorum manducantium fuisse quasi quinque milia, similiter & Lucas, Mattheus verò & Marcus scribant eos qui manducauerant fuisse quinque milia. At hic primò sciendum est morem scripturae in numerorũ descriptione esse, non anxie

cer-

certũ ipsum ponere numerũ, nec curare si paulò minus aut plus sit, ut cum annos hominũ describit qui in aliquot saltem mensibus defecerunt aut exuperauerũt. Deinde sciendũ apud Græcos in Matthæo & Marco etiã addi eã dictionem quæ in Luca & Iohãne additur circa numerum manducantium, nempe dictionẽ ὄσου, hoc est, ferè vel circiter. Eadem enim hæc dicitio in omnibus est Euangelistis, qua significare voluerunt numerum quinque milium non fuisse completum.

## In caput. LVIII.

**I**N hoc capite Iohannes postquàm dixit Dominum fugisse in montẽ, subiungit de discipulis, ut autem serò factum est descenderunt discipuli eius ad mare. Id autem ne sit contrarium narrationi reliquorum duorum Euangelistarum, qui dicunt Christum antequàm dimisisset turbas, & in montem ascendisset, statim à peractò miraculo coëgisse discipulos ut præcederent eum trans fretum, intelligendũ est Iohannẽ illud dixisse recapitulando, ut annotauit D. Augustinus sicut & quod sequitur. Et cum ascēdissent nauem, vene-

runt trās mare in Capharnāū, dictū est  
 præoccupādo. Nam postea narrat quæ  
 contigerunt in mari existētibz prius-  
 quā venirent in Capharnāum. Nec  
 repugnat quod de aduentu in Caphar-  
 nāum dicit Iohannes et quod dicit  
 Marcus præceptum fuisse discipulis ut  
 præcederent ad Bethsaidam. Intelli-  
 gendum enim Iohannem non desi-  
 gnasse primū locum in quem vene-  
 rint post transfretationem, sed eum in  
 quem venerunt ex Bethsaida, & alijs  
 aliquot vicinis locis. Unde Matthæus  
 & Marcus describentes postea locum  
 in quem cum Domino venerūt Apo-  
 stoli, nomen ponunt generale Genez-  
 reth, quod est nomen regionis in qua  
 sunt Bethsaida & Capharnāum. Idem  
 autem Capharnāum venisse Iohannes  
 commemorat, propter ea quæ narra-  
 turus est mox gesta & dicta in hac ci-  
 vitate. Circa eundem Euangelistam  
 alius quidam est in hoc capite scrupu-  
 lus. Nam dicens: Voluerunt ergo eum  
 accipere in nauim, & statim nauis fuit  
 ad terram in quam ibant, significare  
 videtur Christum non esse receptum  
 in nauim, quod apertè contrarium est  
 narra

narrationi Matthæi & Marci. Certè  
 Chrysostomus vel ob hanc præcipuè cau-  
 sam existimat aliud esse miraculum  
 Iohannis ab eo quod narrant reliqui  
 duo. Verūm cum id non sit probabile,  
 dicendum, Iohannem quidem non ne-  
 gare Christum ascendisse in nauim, sed  
 tantū dixisse, Voluerunt eum accipe-  
 re in nauim, ut significaret Apostolos  
 cum adhuc longè essent à terra, vo-  
 luisse Dominum accipere in nauim, ut  
 solito more cum illis nauigaret usque-  
 dum peruenirent ad terram, non ta-  
 men fuisse necesse ut solito more na-  
 uigādo perueniret ad terram, eò quod  
 nouo quodam miraculo subitò nauis  
 fuerit ad terrā. Itaq; secundum histo-  
 riā mox cum Christus Petrū erexisset,  
 & in nauim rursus duxisset, ipseq; pari-  
 ter ingressus fuisset, simul & ventus  
 quieuit, & nauis terræ appulit, duplici  
 scilicet miraculo factò à Christo.

## In caput. LX.

**D**E ordine capitū. 59. nullum po-  
 test esse dubium, pro intelligenda  
 autem huius. 60. capitū consequentia,  
 sciendum imprimis apud Iohannem in  
 principio capitū. 7. legendum esse In

Galilea, & in Iudæa, non autem in Galileam, & in Iudæam, & uerbum Ambulare accipiendum est pro conuersari, ut significetur Dominum post hæc conuersatum in Galilea, nec conuersari uoluisse in Iudæa. Non enim significare uoluit Iohannes Dominum post hæc iuisse ad Galileam, cum dicta in præcedenti apud ipsum capite sexto gesta sint in Galilea. Manet tamen dubium quare Iohannes modò dicat, post hæc Dominum conuersatum in Galilea, quasi ante non fuerit in ea conuersatus, cum, ut ex præcedentibus patet, iam pridem in ea fuerat conuersatus. Ad quod primò dici potest, quòd Iohannes sub initium. 6. capitis indicauerit pascha Iudæorum in propinquo fuisse, ad quod uersimile planè est & satù certù Christù Hierosolymam profectù fuisse, eò q̄ lex ita mandarat, ac ob id uideri potest Iohannè hic indicasse rationem ob quam mox relicta Iudæa ac repetita Galilea maluerit in ea conuersari. Aut potius simpliciter est intelligendù quod dicit Euangelista: Post hæc ambulabat Iesus in Galilea, hoc est, perseverabat adhuc in ea conuersari.

Porro

Porro quoniam in Concordia Evangelica hæc uerba Iohannis necessariò debuerint superioribus subiungi, ut est manifestum, & ex his uerbis certù sit Dominum aliquandù post ea quæ hætenus contigerùt mansisse in Galilea, antequàm in Iudæam ascenderet, nec tamen Iohannes quicquam post hæc cõmemoret gestum in Galilea, necessariò ante Iohannis sequentia uerba, inferenda hoc loco erant ea quæ ab alijs Euangelistis post præcedentia narratur gesta & dicta in Galilea, quæ q̄ commodè sequantur hæc iam præmissa Iohannis uerba, quisque facile uideat. Sequitur enim in Matthæo & Marco post miraculum multiplicatorum panium, quod cum Iohanne concorditer narrarunt. Et tunc accesserunt ad eum pharisæi & scribæ uenientes ab Hierosolymis. Cum enim in Galilea manere Dominum uiderent scribæ & pharisæi Hierosolymitani ueniunt è Iudæa in Galileam, sicut & supra eos fecisse aliquando habuimus. Ceterùm in hoc capite circa diuersam inter Matthæum & Marcum narrationem uerborù Domini, notandum, q̄ Matthæus

V 4 post

post interrogationem hanc, Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? quam solus ipse habet, subiungit max declarationem qua Dominus declarauit, quomodo propter suam traditionem pharisæi Dei præceptum transgredirentur, ac testimonium Isaie à Domino citatum ponit in fine. Marcus uerò contra incipit à testimonio Isaie, ac deinde subiungit eam declarationem quam habet Matthæus. Et quâquam incertum sit, nec multum referat quo ordine hæc dicta sint, tamen cum idem testimonium non iudicemus bis ponendum, ut fecit Osiander, Marci ordinem sequi in Concordia magis est uisum, cum ob alias causas, tum maximè quòd Marcus post citatum Isaie testimonium applicando illud, conuenienti ordine ostendit dupliciter pharisæos peccasse in mandata Dei per observationem humanarum traditionum. Primum quidem, quia dum studiosi essent obseruationis quorùdam humanorum præceptorum quæ per se non erant mala nec contraria legi Dei, negligentes erant mandatorum Dei. Relinquentes

tes enim (inquit) mandatum Dei tenetis traditiones hominum. Secundo, quia constitutiones quasdam tradidissent, et exigerent quæ legi Dei aduersabantur, de quibus secundo loco locuturus Marcus, ueluti nouam materiam exorsus interposuit. Et dicebat illis: Bene irritum fecistis, et c. Conueniens aut ordo erat, ut à minori ad id quòd maius erat fieret progressus.

## In caput. LXI.

**A**B hoc capite usque ad caput. 73. nulla potest esse quæstio de capitum ordine, eò quòd omnia quæ his continentur capitibus continua quadam à Matthæo, Marco et Luca describantur narratione non sine ordinis significatione. Pròinde in his capitibus ea tantum notabimus quæ in diuersa Euangelistarum narratione uideri possunt dissona. In hoc ergo cap. 61. uidetur aliqua inter Matthæum et Marcum repugnantia. Marcus enim dicit mulierem ad Dominum in domo laterè uolentem intrasse, ibiq; pro filia sua rogasse. Matthæus autem significat satis apertè mulierem hanc non accessisse Dominum in domo, sed in uia aliqua

## CONCORDIAE

ambulantem, cum dicit discipulos Domino ita suggestisse: Dimitte illam, quae clamat post nos. Illa enim verba significant mulierem post Dominum ambulantem, vocem emisisse deprecatoriam. Quae apparentia contrarietatis dupliciter tolli potest. Primum secundum Augustinum, ut dicatur, mulierem primum in domo Domini suppliciter orasse, ut habet Marcus: Dominum autem nihil respondentem mox egressum de domo illa, ac tunc in via contigisse quae narrat Matthaeus solus. Secundum & rectius, si dicatur, mulierem primum inuenisse Dominum in via ambulantem, postquam scilicet aliquandiu in domo latuisset, ac in via contigisse quae narrat solus Matthaeus: deinde vero mulierem sequentem Dominum in domum, ibique supplicem orasse & exorasse Dominum, sicut concorditer narrant Matthaeus & Marcus. Alio qui oportebit intelligere aliam esse prostrationem mulieris de qua Marcus, & aliam de qua Matthaeus, & hanc extra domum, illam in domo contigisse, cum uterque Euangelista mulieri coram Domino prostratae idem dicat &

Domini

## RATIO.

Domino responsum. Certè in hunc modum conciliauit Euangelistas Zacharius Chrysoptolitanus, sic scribens: Post ambulantem Dominum mulier Chanaanæ deprecatorias voces emittit, & post in domo ad pedes eius procidit, ut Marcus commemorat. Hæc ille. Et omnino magis rationi consentaneum est, quod Dominus qui in miraculis suis ferè fugit hominum præsentiam, quicquam maxime latere voluit, prius in via sollicitatus postea in domo exaudierit, quàm quod prius in domo sollicitatus, deinde exiens palam operatus sit miraculum. Nec obstat huic intelligendi modo quod legimus in Marco: Mulier enim statim ut audiuit de eo, intravit, & procidit, quasi omnimò statim intraverit in domum in qua prius dixit esse Dominum. Primum enim illud statim non est apud Græcos. Deinde non est Græcis Intravit, sed tantum εἰσέβησεν προσκύνων, hoc est, cum venisset procidit, ut rectè intelligi possit, nihil eius quod narratur circa hanc mulierem contigisse in domo. Unde Græci nihil in Marci & Matthæi narratione senserunt, quod contrarie-

V 6 ta-

tatem sonare videretur, cuius appa-  
rentia nata tantum est ex verbo In-  
trauit. Sicut enim id quod in Mat-  
thæo legimus, Illa venit & adorauit  
eum, græcè est ἡθούσα προσέκυνησεν, id  
est, cum venisset adorauit: ita id quod  
in Marco legimus, intrauit & præci-  
dit, græcè est, ἡθούσα προσέπεσεν, id est,  
cum venisset præcidit. Quomam au-  
tem Euangelista Marcus mentionem  
fecerat domus quam Dominus intra-  
uerat, idèd interpres intelligens mulie-  
rem accedentem Dominum ingressam  
domum, pro Venit, vertit Intrauit.  
Proinde græcis diligentius perpensis,  
cum in Concordia nostra prius D. Au-  
gustini sententiam sequi visum esset,  
altam conciliandi rationem postea  
amplexi sumus, quam in Concordia  
videre licet.

## In caput. LXIII.

**I**N hoc capite monendum illud, quòd  
cum in Marco legimus: Nec recor-  
damini quando quinque panes fregi in  
quinque milia, & quot cophinos frag-  
mentorum plenos sustulistis? commu-  
niter apud nos sic distinguitur, ut finis  
interrogationis sit post verbum Sustu-  
listis,

listis, ut sit sensus: An non recordami-  
ni quòdo quinque panes fregi in quin-  
que milia, & quot cophinos tunc sustu-  
leritis? Verum iam non ita rectè sub-  
iungitur: Dicunt ei, Duodecim. Non  
enim secundum illam distinctionem  
quærebat Dominus, quot cophinos su-  
stulissent: sed an ne memores essent  
quot sustulissent. Proinde responden-  
dum illis fuisset: Etiam Domine, me-  
minimus nos sustulisse duodecim. Idem  
dicendum de sequenti interrogatione.  
Itaque Græci rectius hunc locum di-  
stinguunt, qui post illud, Nec recorda-  
mini, finem faciunt interrogationis: &  
deinde ab illo, Quando quinque panes,  
&c. nouam faciunt interrogationem.  
Quare & nos eam distinctionem secu-  
ti, prius in Concordia posuimus verba  
Matthæi cum illo Marci: Nec recor-  
damini: & deinde quæstiones illas quæ  
sunt in Marco cum responsionibus di-  
scipulorum, ut intelligatur Dominum  
prius quæsisse, num essent duorum illo-  
rum miraculorum memores: ac deinde  
velut experiendi gratia, de utriusque  
reliquis eos interrogasse. Itaque con-  
iunctio, Et, quam legimus in Marco, Et

## CONCORDIAE

quot cophinos sustulisti, ad sensum est superflua, nec est apud Græcos, & ex phrasi hebraica sæpe redundat.

In caput. LXVII.

**D**issonantia quædam videri posset hic inter Evangelistas, quod Lucas octo dierum meminit, Matthæus verò & Marcus sex dierum post ea quæ superius à Domino erant dicta. Quæ apprensus dissonantia sic ab omnibus pene dissolui solet, ut dicatur Matthæum & Marcum intermedios tantum connumerasse dies, Lucam verò etiam duos extremos dies, & illam scilicet qua Christus locutus est & illam qua in monte est transfiguratus. Verùm non est necesse huc confugere, cum nō dicat Lucas absolutè octo dies, sed ferè octo dies. Ideo enim dicit, ferè octo dies, quia non post integros octo dies hæc erant facta, sed post sex integros & duorum dierum extremorum aliquam partem.

In caput. LXX.

**I**N præsentis capite Evangelistarum narratio apertam videtur habere contrarietatem. Lucas enim & Matthæus dicere videtur quæ non possunt consti-

## RATIO.

constare cū his quæ narrat Marcus. Nā Lucas quidem dicit cogitasse discipulos de primatu, ac eam cogitationem Dominum cognovisse, cum Marcus dicat eos inter se etiam disceptasse. Et Matthæus quidem dicit Apostolos accessisse & interrogasse, quis esset maior. Marcus verò eos dicit à Domino advocatos, & interrogatos siluisse. Sed dicendum Evangelistas sæpe ob id videri non consentire, quod unam eandem rem narraturi diversis eam introducant modis, uno scribente quæ alius prætermisit. Ita enim hic Evangelistæ tres Christi doctrinam de humilitatis affectu introducturi, diversimodè ad eius narrationem perveniunt. Et Lucas quidem principium tantum cogitationis commemorat, nempe cogitationem Apostolorum, dicens Dominum cogitationem cordis eorum cognovisse, quàmvis eam cogitationem etiam verbis prodidissent, eo quod eorum disceptationem non audivisset, sed eam virtute suæ divinitatis cognovisset, quæ cordium rimabatur secreta. Marcus verò medium commemorat, ipsam scilicet contentionem, & Domini inter-



terrogationem. Matthæus autem id quod postremo gestum est. Nam intelligi potest, discipulos ad interrogationem Domini silentes, postea cum (ut habet Marcus) Dominus sedisset, & duodecim aduocasset, resumptis animis, questionem quæ inter eos fuerat agitata, Domino proposuisse, ut qui scirent nihil posse illi esse occultum. Ideoq; notat quidam illos causa honestatis mutasse questionem, ut cum in via discipulissent, quis eorum esset maior, nunc non de se tantum, sed absolute querant, quis maior, hoc est, maximus esset in regno cælorum. Intelligi tamen etiam potest discipulos hanc questionem Domino non proposuisse, sed Matthæum, qui breuitatis studiosus in narrandis his quæ sunt facti, mox ad ipsam Domini doctrinam peruenire studebat, dixisse discipulos hæc interrogasse, quod cogitationibus suis, quæ Domino erant cognita, hæc interrogarent, etsi ut testatur Marcus, cogitationes suas proderet verbis erubesceret. Simile habitum est supra Matthæi. 12. in capite Concordiæ. 38. ubi Matthæus dicit scribas interrogasse, quod Marcus & Lucas

dicunt

dicit interrogasse Dominum. In quibus & similibus magis est inspicienda Evangelistarum intentio, quam verborum significatio. Voluit enim Matthæus significare de primatu questionem motam à discipulis, priusquam de eo Dominus dissereret, quod sua satis significat narratione. Cæterum quod dicit: In ipsa hora, positum est pro In illo tempore. Non enim eadem hora qua Dominus Petro mandauit exolui didrachma, hæc contigerunt, cum verisimile sit, illum tunc mox abiisse, & fecisse imperata, quem tamen huic doctrinæ Domini constat interfuisse, cum Marcus testetur Dominum aduocasse duodecim.

In caput. LXXIII.

**H**ic rursus constituendus est ordo sequentium, in quo constituendo, ut magnum negotium exhibet narratio Luca, ita multum certè hallucinatus est Osiander, quantumvis sibi de respecto ordine placens. Pro hoc ergo ordine constituendo, primò illud probandum: Migrationem Christi è Galilea, quam Matthæus & Marcus subiungunt præcedentibus, eandem esse cum

ca

ea quam Iohannes scribit in principio  
 sui. 7. capitis factam propter scenope-  
 giæ festum. Id autem manifestum ex  
 eo, quòd post utramque migrationem  
 è Galilæa, Christus non redierit in Ga-  
 lilæam, ergo cum neutra alteram po-  
 tuerit præcedere, eadem sit necesse est.  
 Matthæus enim & Marcus aperte sa-  
 tis significant post eam de qua loquun-  
 tur migrationem Dominum nõ redisse  
 ante suam passionem in Galilæam.  
 Idem & Iohannes satis significat, quò-  
 do ante hanc profectioem è Galilæa  
 scribit Dominum ambulasse in Gali-  
 læa, & noluisse conuersari in Iudæa,  
 propter Iudæos ipsum ad necem que-  
 rentes, post ipsam profectioem; mul-  
 ta Dominum in Iudæa dixisse & fe-  
 cisse commemorans, nulla reditus in  
 Galilæam facta mentione, cum huius-  
 modi reditum superius bis & tertio ac-  
 curatè descripserit. Rectè ergo intelle-  
 xit Osiander migrationem, cuius memi-  
 nerunt Matthæus & Marcus, eandem  
 esse cum ea cuius meminit Iohannes,  
 quàmuis diuersis huius indicet migra-  
 tionis causis, scilicet, festiuitatis gratia, illi,  
 mortis in Iudæa subeundæ gratia signifi-  
 cant-

ficantes Dominum è Galilæa ascendisse.  
 Sed in eo errauit Osiander nimis vo-  
 luntariè, quòd cum Matthæus dicat,  
 migravit à Galilæa, & venit in fines  
 Iudææ trans Iordanem: Marcus ve-  
 rò, Et inde exurgens venit in fines Iu-  
 dææ ultra Iordanem. hæc verba Mar-  
 ci, Venit in fines Iudææ ultra Iordanem,  
 ponit ante ascensum Domini in Hie-  
 rusalem, quem describit capite septimo  
 Iohannes, Matthæi verò eadem illa  
 verba ponit in fine capitis decimi Euan-  
 gely Iohannis; ubi dicitur Dominus  
 post encæniorum festum fugiens Iu-  
 dæos venisse trans Iordanem, quo locò  
 & Marci verba erant collocanda,  
 cum sint eadem cum verbis Matthæi,  
 eademq; apud utrunque & præce-  
 dant & sequantur, ut sit certum utri-  
 que de eodem Christi in Iudæam ad-  
 uentu locutum. Igitur etsi Matthæus  
 & Marcus dicant Dominum deserti  
 Galilæa venisse in fines Iudææ trans  
 Iordanem, non est tamen intelligendū;  
 aduentum istū Domini in hunc locum  
 statim secutum illam Domini è Gali-  
 læa migrationem: sed intelligenda sunt  
 in medio ea quæ Iohannes à capite. 7.  
 usque

usque ad finem cap. 10. scribit Domi-  
 num dixisse & fecisse in Iudæa & Hieru-  
 salem in duabus solennitatibus sca-  
 nopegie & enceniorum. Quæ à reli-  
 quis Euangelistis sunt prætermissa, quod  
 illorum esset institutum Christi gesta  
 facta in Galilæa describere, nullus au-  
 tem ascensus in Iudæam aut Hierusa-  
 lem facere mentione, nisi eius qui mor-  
 tem eius proximè præcessit, præterit  
 omnino illo Domini in Hierusalem  
 ascensu, quod frequenter festiuitatum gra-  
 tia eò ascendit, cuiusmodi ascensus Io-  
 hannes frequenter meminit. Secundum  
 probandum hanc Domini è Galilæa  
 profectionem eandem esse cum ea cui-  
 us & Lucas meminit post præceden-  
 tia, cum dicit: Factum est autem dum  
 completerentur dies assumptionis eius, ipse  
 ipse faciem suam firmavit ut iret in  
 Hierusalem. Nam Osiander hanc à  
 Luca descriptam profectionem putat  
 factam post ea quæ Iohannes scribit  
 usque ad finem cap. 10. cum iam post  
 encenia declinans Iudeorum furorẽ  
 Dominus, venisset trans Iordanem in  
 fines Iudææ, ut habent reliqui Euan-  
 geliste. Quod falsum esse primum quid-

dem

dem ex eo patet, quod cum ante hæc  
 verba Lucas simul cum alijs duobus  
 Euangelistis Matthæo & Marco de-  
 scripserit gesta & dicta à Domino in  
 Galilæa, & inter ea commemorauerit  
 ipsum semel & iterum prædixisse exitum  
 quem completurus erat in Hieru-  
 sale, ac demde subiungat sicut & Mat-  
 thæus & Marcus de Domini profectio-  
 ne, satis significat eam, de qua loquitur,  
 profectionem factam e Galilæa. Quod  
 secundo evidentiùs fit ex eo, quod  
 in Hierusa. è iurus per Samaritano-  
 rum regionem transire debuerit. Hæc  
 enim regio inter Galilæam & Hieru-  
 salem media est: unde supra Iohannes  
 dixit, Domino volenti è Iudæa sece-  
 dere in Galilæam, necesse fuisse ut trá-  
 saret per mediam Samaritam. Ut au-  
 tem ex finibus Iudææ qui sunt ultra  
 Iordanem quis ascendat in Hierusalẽ  
 non est necesse ut transeat Samariã,  
 in quam nõ est verisimile Dominum  
 relicta recta via voluisse declinare,  
 cum suis prohibuerit ingredi ciuitates  
 Samaritanorũ. Postremum si ea pro-  
 fectio, cuius meminit Lucas, contigit  
 post festum enceniorum, & ut vult  
 Osiander

Osiander, tempus assumptionis Christi, de quo Lucas, uno tantum aut altero mense præcesserit Domini passionem, quomodo verisimile esse poterit, tam breui temporis spacio omnia ea contigisse quæ Lucas narrat facta & dicta à Domino à fine cap. 9. usque ad finem cap. 18. ubi describitur Christi in Hierusalem ascensus ille post quem statim est crucifixus, maxime cum inter ista Domini gesta, in principio cap. 10. Lucas commemoret post hoc assumptionis tempus ordinatos à Domino, 70. discipulos, eosque missos ad predicandum in omnem ciuitatem & locum quærat erat ipse uerturus eosque reuersos ad Dominum, post quod tam varia Domini gesta & dicta multis capitibus Lucas prosequitur, quæ omnia tam breui temporis spacio contigisse, non potest esse uerisimile, cum Osiander tamen putet omnia quæ Lucas narrat eo contigisse ordine quo ab eo narrantur. Ex hoc ergo satis puto constare hanc Domini profectiorem, quam Lucas dicit eum instituisse in Hierusalem completo tempore assumptionis eius, eandem esse illa quam è Galilæa factam aperte te-

stantur

stantur Matthæus, Marcus & Iohannes. Secundum quem intellectum plus temporis erit reliquum, nimirum tempus sex mensium aut circiter, quo intelligi poterit facta missio & reuersio septuaginta discipulorum, & alia pleræque quæ postea Lucas recenset, quantum non omnia quæ post hanc Domini è Galilæa profectiorem & missionem septuaginta discipulorum Lucas memorat necesse sit. intelligere contigisse post hæc, cum certum sit quedam, & uerisimile sit pleræque à Luca esse per recapitulationem commemorata, & dicta uel facta à Domino cum adhuc ageret in Galilæa. Duo enim sunt animaduertenda in Luca, ne Lectorem perturbet eius narratio à fine capit. 9. usque ad finem cap. 18. Primum, quod cum circa finem cap. 9. dicat Dominum completo tempore assumptionis sue firmasse faciem suam ut ueret in Hierusalem (quo satis significat Dominum mox profectum reuera in Hierusalem) & capitibus sequentibus frequenter profectiorem Domini in Hierusalem faciat mentionem, ut circa finem cap. 10. circa medium cap. 13. circa medium cap. 17. cir-

ea finem cap. 18. non scribit tamen eū  
venisse in Hierusalem, nisi in fine ca-  
pituli. 19. Ne enim hæc narratio aliquē  
perturbet, aduertendum, illa loca quib-  
us dici ur à Luca Dominum iuisse in  
Hierusalem, nō accipienda de una &  
eadem profectioe, quæ tum completa  
fuerit cum id est factum quod scribitur  
cap. 19. Post enim migrationem è Ga-  
lileæ patet ex Iohanne Dominum bi-  
aut ter venisse in Hierusalem aut in  
Iudæam, & tamen solius illius adven-  
tus in Hierusalem Lucas mentionem  
fecit, quo insidens a fine urbem intra-  
uit, quòd cum Matthæo & Marco nō  
statuerit commemorare alia à Domi-  
no dicta vel facta in Hierusalem, præ-  
ter ea tantum quæ circa eius passionē  
ibi contigerunt. Secundò obseruandū  
in Luca, quòd posteaquam cœpit nar-  
rare Dominum, relicta Galileæ, insti-  
tuisse iter in Hierusalem, & tamen  
multa illius menti occurrerēt dicta &  
facta ab illo in Galileæ, quæ in sua  
narratione prætermiserat, & tamen  
utile esset ea cognoscere, iudicauit illis  
ante passionis descriptionē, & eorum  
quæ ad passionem pertinent, per reca-

pit-

pitulationem inferenda esse. Hinc est  
quòd tam multa cōmement sine ali-  
cuius ordinis & cohærentiæ significa-  
tione, quæ prius in Matthæo & Mar-  
co sunt habita, quàmuis verisimile sit  
etiam quædam eorum à Matthæo &  
Marco per præoccupationem narrata  
esse, quædam etiam bis à Domino dicta  
esse, & eo loco ac tempore quo Mat-  
thæus & Marcus ea referunt, & rur-  
sum eo tempore vel loco quo Lucas ea  
ponit. Quod cum frequenter fieri po-  
tuerit, totam penè sequentem Lucæ  
narrationem, etsi in multis coinciden-  
tem cum Matthæi narratione præce-  
dente, seorsum in sequentibus colloca-  
uimus.

## In caput. LXXIII.

**Q**Vandoquidem illam Domini in  
Hierusalem profectioem, de qua  
in capite superiori est dictum,  
constat fuisse per Galileam & Sama-  
riam, & post hanc profectioem non  
potest colligi ex aliquo Euangelista Do-  
minum rediisse in Galileam, aut ali-  
quando rursum Samariam transiisse,  
imò contrà potius ex Euangelistis pa-  
tet, Dominum relicta iam penitus Ga-  
lileæ,

X lileæ,

*Lilæa*; diuersatim posthac in Iudea & finibus eius, hinc miraculum decem leproforum curatorū, (quod Lucas post multa interposita describit capite. 17. contigisse, cum Dominus perges in Hierusalem transiret Samariam & Galileam, sed sic describit, ut nullum significet ordinem cum his que ibi præcedunt) iudicauimus merito hoc loco inferendum esse, ut intelligatur in ea profectio, cuius fit mentio in capite præcedenti, miraculum istud contigisse, cum post eam non possit intelligi contigisse, nec alia sit ante eam in qua uideri possit contigisse. Et quidem miraculum hoc superioribus hic subiectum, indicat miram Domini benignitatem, ut qui etiam repulsus à Samaritanis non cessauerit misereri etiam his qui apud eos ope eius indigebant. Ceterum de capitib. Concordiæ qui ex Iohanne sequitur usq. ad cap. 80. nulla potest esse questio ob eorū depēdentia, & coherentia quæ Iohānis narratio indicat.

In caput. LXXX.

**I**Nter ea que superiori capite sunt posita ex Iohannis cap. 10. & illa que eodem capite Iohannis sequuntur

gesta

gesta enceniorum tempore, interponendum omnino uidetur quod Lucas scribit cap. 10. de ordinatis & missis. 70. discipulis, cum alijs quibusdam apud Lucam sequentibus per aliquot capita. Nam cum que hætenus ex Iohanne per aliquot capita sunt posita, continuo inter se hæreant ordine, & in Hierusalem omnia contigerint, ut uerisimile sit omnia statim post scenopegie festum contigisse, & inter illud festum ac enceniorum festum aliquot menses intercesserint, conuenientissimè intelligitur tempore illo intermedio, factam hanc, 70. discipulorum ordinationem & missionem, quæ nec ante festum tabernaculorum intelligi potest facta, cum dicat Lucas post ascensum Christi in Hierusalem factam esse, nec post festum enceniorum, cum post illud & passionem Domini, breue nimis sit tempus, ut uideri probabiliter non possit in ipso factam hanc missionem cum alijs multis à Luca narratis per multa capita. Proinde cum supra ostensum sit Dominum impleto tempore assumptionis sue, de quo Luca. 9. penitus reliquisse Galileam, nec eam ante mor-

rem repetiuisse, consequi videtur hanc discipulorum missionem factam in Iudaea & locis circumvicinis, in quibus cum hactenus non praedicasset, diuersari, instante sua passione in Hierusalem complenda, voluit. Et alioqui optima est huius capituli cum superiori ex Iohanne capite connexio. Nam cum ibi se bonum esse pastorem docuerit, hic miseris turbarum, quod essent vexati, & iacentes sicut oves non habentes pastorem, constituit tanquam bonus pastor eos, qui secum populum saluari passcerent doctrina.

In caput. LXXXI.

**N**ulla significatur à Luca huius historiae cum praecedentibus continuatio. Non enim dicit, Et ecce tunc: sed tantum, Et ecce. Transiit enim ad alia commemoranda, quae tunc memoriae occurrebant, quae quo tempore, quòne loco sint gesta, sicut & multa quae sequentibus narrantur capitibus, sibi non potest, sicut nec necesse est cognoscere. Proinde quo ordine ea Lucas posuit, etiam nos in Concordia multis sumus profecuti capitulis. Caterum hanc historiam non tum contigisse quando supe-

superiora à Domino dicebantur discipulis, satis ex Luca patet. Nam tunc seorsum Dominus discipulis loquebatur. Graeca enim habent: Conuersus ad discipulos suos seorsum dixit, Beati oculi, & cetera. Haec verò historia contigit populo praesente, & verisimiliter in Synagoga, ubi multis doctoribus sedentibus iste surrexit. Dicitur enim: Ecce quidam legisperitus surrexit.

In caput. LXXXIII.

**Q**uod hic apud Lucam scribitur Christum hanc precandi formam tradidisse, cum à quodam rogatus esset discipulo, non debet videri contrarium ei quod Matthaeus eam commemorat traditam à Domino non rogato, in sermone illo qui dicitur sermo in monte. Nam primum quidem dici potest Dominum hanc orandi formam tradidisse, semel ex seipso, secundò cum rogatus esset à discipulo isto, qui videri potest fuisse vnus ex. 70. qui ipsum prius docentem hunc orandi modum non audiuerit. Deinde, & quidem probabilius dici potest, Mattheum orandi formam à Domino traditam, inseruisse prolixo illi sermone loco oportuno,

quanquam alio tēpore à Domino tradita esset, quemadmodum verisimile est ipsum in eum sermonem multa ascriptisse, quæ alio tempore sunt dicta à Christo, ut ex Luca apparet. Voluit enim Matthæus in principio sui Euangelij, sermone quodam ex verbis Domini congesto, summam ferè totius Euangelicæ doctrinæ concludere. Quia tamen fieri potest ut his hæc precandæ forma sit à Domino tradita, & nemina fiat Euangelistarum confusio, visum est in Concordia eam his ponere, sicut in sequentibus multa ex Luca habentur, quæ in Matthæi sermone aut alibi apud eum sunt habitæ.

## In caput. LXXXIII.

**P**ost ea quæ præcedenti ponuntur capite, sequitur apud Lucam de eiectione demonio muto, & disputatione hinc nata, verum hoc miraculum cum secuta disputatione suprâ capite Concordiæ. 49. suo possumus loco, quo ex Matthæo & Marco manifestum erat reponendum esse. Itaque iam subiungendum erat quod deinde sequitur apud Lucam de reprehensa à Christo

pha-

phariseorum religione, quod sic à Luca subiungitur disputationi secutæ ex eiectione demonis, ut tamen nullus ordo significetur, nec cogamur intelligere, sicut nec possumus, statim post eam disputationem cõgisse quæ nunc sequitur. Non enim dicit: Et cum hæc loqueretur. sed tãtum, Et cum loqueretur, ut significetur quodâ tempore cum Dominus populum doceret, pharisæum rogasse eum ad prandium. Quo autem tempore aut loco istud cõtigerit incertum est, sicut & de multis alijs quæ sequuntur in Luca, quæ ob id eo erant ponenda loco quo apud Euangelistam inueniuntur. Quæ autem hic à Domino dicta inter prandendum phariseis & scribis commemorat Lucas, eadem & Matthæus habet capit. 23. sed alio tempore & loco hæc dicta narrat, ut videri possit Dominum hæc sæpius dixisse, quâquam fieri possit ut vel Lucas vel Matthæus accepta occasione ea coniunxerint verbis Christi, quæ etsi alio tempore dicta, habebant cum his quæ tunc à Domino dicebantur affinitatem. Id enim frequenter ab Euangelistis factum valde probabile est.



**P**ost ea quæ habentur in Lucæ caput .14. priusquam in Concordia subiungatur cap. 15. cum sequentibus, interserenda planè videbatur ex Iohanne historia de gestis in festo encanorum, idq. hac ratione, quia in fine huius historiæ dicit Iohannes Dominum, postquam manus Iudæorū euassisset, abisse iterum trans Iordanem, ubi erat Iohānes baptizans primum. Hanc autem in istum locum profectio- nem omninò verisimile est etiam in- dicasse Matthæum cap. 19. & Marcū cap. 10. cū dicunt Dominum relictā Galilæa venisse in fines Iudææ trans Iordanem, ut suprā ostensum est ca- pite Concordiæ. 73. & alioqui ipsa nar ratio satis ostendit. Nam omnes hi tres Euangelistæ, trans Iordanem testan- tur Dominū profectum, ac multos ibi conuenisse ad eum. Matthæus autem dicit eum etiam illos curasse, quod cum eo conuenit quod habet Iohannes. Illos admiratos Christi miracula dixisse, Iohannes quidem signum nullum fecit, & cæt. Iā Matthæus & Marcus nar- rant in hoc trans Iordanem loco Do-  
minum

minum phariseis ipsum interroganti- bus disseruisse de matrimoniij indisso- lubilitate. Id autem, etsi paucis verbis, etiam Lucas inter alia cap. 16. narrat phariseis dictum, quare cū caput Lu- cæ. 15. non potuerit separari à capite eius. 16. ob continuam verborum Chri- sti & doctrinæ eius coram phariseis ha- bitæ conexione, necessarium fuit ante caput Lucæ. 15. præmittere ex Iohan- ne historiam gestorum in Hierusalem in festo encanorum. Qui contextus q̄ bene se habeat, ipse per se satis ostendit. Siquidem cum eo quod tres Euange- listæ scribunt ad Dominum trans Ior- danem multos conuenisse, bene conue- nit quod in principio cap. 15. dicit Lu- cæ. Erant autem appropinquantibus ei publicani & peccatores ut audirent il- lum: quos eo in loco, quem alij tres ex- presserunt, accessisse ad Dominum sa- tis patet ex prædicta ratione. Nam Lu- cæ. veluti uno eodemq. & loco & tē- pore commemorat dicta præsentibus phariseis, imò occasione phariseorum, quæ habentur capitibus eius. 15. & 16. inter quæ etiam est quod ad illos dixit de matrimoniij indissolubilitate, quod

ex Matthæo & Marco constat ad illos dictum in hoc trans Iordanem loco. Præmittenda ergo fuit hæc ex Iohanne historia, ut Christū ad eum deducere-mus locum ubi dicta sunt quæ Mat-thæus, Marcus & Lucas narrant.

In caput. XCVI.

**P**ostquam Lucas scripsisset Domi-num dixisse, Lex & propheta us-que ad Iohannem, & cetera. & Facilius est cælum & terram præterire, quàm de lege unum apicem cadere, quibus significat Dominus tempus iam esse docendi aliud, quàm quod in lege præcipitur, se tamen non venisse ut legem destrueret, sed potius ut eam suis præceptis perficeret, subiicit: Omnis qui dimittit uxorem & aliam ducit, mæchatur, & cetera. ut ex uno exemplo ostēderet quomodo Dominus legem perfe-cerit. Hac enim ratione videtur Lu-cas hanc sententiam subiunxisse. Verisimile tamen hanc de non dimitten-da uxore doctrinam, cuius obiter me-minit Lucas, traditam nunc à Domi-no, ea occasione qua eandem præsen-tibus discipulis & phariseis traditam cō-memorant prolixè Matthæus & Mar-

cus. Nam post hanc obiter narratam Domini doctrinam, quibusdam deinde interpositis quæ ipse Lucas solus habet, mox conuincit cum narratione reliquo-rum duorum Euangelistarū de paruulis Christo oblatis, & adolescente diu-ite, & alijs que sequuntur. Quare quādoquidem superioribus subiungenda fuerat ea quæ est apud Lucam de non dimittenda uxore sententia, oportebat hic simul cum Luca inferere Matthæi & Marci narrationem. Itaque ex col-latione trium Euangelistarum hic coin-cidentium apparet, quòd cum phari-sæi audissent suam illam ob conuersa-tionem Domini cum peccatoribus ob-murmurationem tribus parabolis con-futatum, suam item auaritiam alia parabola notatam, quesuerint occa-sionem venādi aliquid ex ore eius quod calūniari possent, eamq̄ ab eo desumpserunt, quòd dixisset legem & prophetas locum habuisse usque ad Iohannem, & tamen facilius esse, ut cæ-lum & terra prætereat, quàm vel mi-nimum aliquid legis. Horum enim verborum occasione venire illis in men-tem facile potuit, ut huiusmodi de lege

X 6 que-

questionem ei proponerent, quam verisimile est illo tempore fuisse inter phariseos & scribas agitatam, & controuersam, ut ob id, veluti discere cupientes quod apud ipsos erat dubium, eam questionē Domino proposuerint, quē admodum postea proposuerunt, Num liceret tributum dari Caesari, & quod esset mandatum magnum in lege, & alia quaedam. Ceterum responsonem Domini paulò aliter, aut alio ordine, commemorant Matthæus & Marcus. Nam Marcus quidem dicit Dominum prius interrogasse de statuto Moysis, & post phariseorum responsonē, causam illius statuti reddidisse, ac postremum primæuam coniugij institutionē subintulisse. Matthæus verò primum dicit Dominum ex primæua coniugij institutione ostendisse coniugum inseparabilitatem, ac tum post phariseorū interrogacionem de statuto Moysis reddidisse causam illius statuti. Hæc tamē varietas nec contrarietatem aliquam nec falsitatem arguit, sed tantum quòd vterque Euangelistarum quædam scripserit ab altero ommissa, quòd quæ non omnia eodem sint ordine dicta quo sunt scri-

scripta, quod nihil obesse veritati historice nemo negauerit. Marcus enim posuit interrogacionem Domini de statuto Moysis, quam prætermisit Matthæus: & contra Matthæus posuit interrogacionem phariseorum de eodem statuto quā prætermisit Marcus. Quomodo autem in ordinem redigi possint quæ ab eis diuersis sunt narrata modis, indicat Concordia, in qua quod Marcus scribit dictū à Domino de primæua coniugij institutione post redditam causam statuti Mosai, præponitur cum narratione Matthei, ne bis idem ponatur, quod bis eodem tempore dixisse Dominum non est verisimile.

## In caput. XC VIII.

**I**N hoc capite quod varia cōtinet miscellanea, ante illud, Interrogatus autem à phariseis quando venit regnum Dei, &c. præcedit in Luca historia de decem leprosis, sed hæc suo loco est posita superius capite Cōcordiæ. 74. Quæ autem sequuntur apud Lucam vsque ad finem cap. 17. dicta ad discipulos de regno Dei & filij Dei aduentu, verisimile est Lucam nunc per anticipationem commemorasse propter

commodam occasionem datam per interrogacionem phariseorum de regno Dei: ideoq; illa suo loco postea coniunximus cum Matthæo & Marco, qui hæc commemorant dicta discipulis priuatim, idq; circa tempus passionis, quãquam non negauerim fieri potuisse ut his hæc sint dicta. Quæ autem deinde apud Lucam sequuntur in principio cap. 18. ubi Dominus per parabolam docet semper orare, ex conclusione illa. Veruntamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra, patet satis dicta esse eodem tempore, quo illa quæ præcedunt in fine cap. 17. proinde eodem loco quo illa reposuimus.

## In caput. CII.

**P**ost ea quæ in Concordia per aliquot capita iam posita sunt ex Matthæo, Marco & Luca, sequitur apud hos Euangelistas tres, quomodo Christus instante paschate ascenderit per Hiericho Hierosolymã, eamq; ingressus sit honorificè insidens asino. Ante quæ iam necessariò inferendum erat caput Iohannis. II. continens historiam resuscitationis Lazari, & secessum Christi

Christi occasione inuidiæ ex miraculo natæ. Ante ea enim, quæ ex tribus alijs Euangelistis iam sunt posita, non potest uideri contigisse hæc resuscitati Lazari historia, cum & hanc circa pascha contigisse testetur Iohannes, & post ascensum illum in Hierusalem cuius reliqui tres meminerunt certum est eam non contigisse, cum & Iohannes eum ascensum mox post resuscitationem Lazari contigisse describat.

## In caput. CIII.

**I**n hoc capite uel citra nostram admonitionem intelligere quilibet facile posset, quod Matthæus dicit matrem filiorum Zebedæi rogasse Dominum, non esse cõtrarium ei quod Marcus ipsos filios scribat orasse Dominũ. Id enim ideo scribit Marcus, quod eorum instinctu & suggestionem mater Dominum rogauerit, unde per eam ipsi potius dici poterant orasse, quàm mater, quare Dominus non matri respondet sed filijs, ut quorum præcipuè fuerit hæc postulatio.

## In caput. CV.

**O**mnino uideri poterat hunc cæcũ cuius meminit Lucas esse cæcũ

dem cum eo quem Marcus etiam prope Hiericho sanatum memorat, proprium eius nomen exprimens. Nomen enim ciuitatis & facti omnimoda similitudo, multū suadent credere unū & idem esse miraculum. Verū cum Lucas suum miraculum scribat à Domino factum appropinquante ipso Hiericho, Marcus verò suum cum egressus esset è Hiericho, dicendum potius duo esse diuersa miracula, etsi inter se simillima, & unum quidem ante urbem ingressum, alterum verò similiter contigisse post egressum. Sunt tamen qui putant propter nimiam narrationis similitudinem idem esse miracula quod à Luca & quod à Marco est descriptum, & Lucam quidem non fuisse anxie sollicitum de loco & tempore miraculi diligenter describendo, sed satis illi fuisse ut intelligeremus circa quem locum factum esset miraculum, ut propter miraculi certitudinem, & ex hac historia disceremus & Domini benignitatem ac potentiam, & fidei in cæco exemplum. Ad quem fructum percipiendum nihil facit siue ante ingressum, siue post egressum miraculum

hoc

hoc acciderit. Quam sententiam si quis sequi vollet, ne quid falsitatis fateatur esse in Euangelistarum narratione, illud Lucæ, Cum appropinquaret Hiericho, accipi debet pro, Cum esset prope ciuitatem Hiericho, quomodo hæc verba intelligi posse indicat D. Augustinus libro. 2. de quæstio. Euange. capit. 48. & præterea dicendum, Lucam per anticipationem hoc commemorasse miraculum, & sic quidem narasse, quasi ante ingressum contigerit, cum post egressum contigerit, quod satis esset scire circa Hiericho contigisse. At quia secundum hanc sententiam nimis abusuè accipi debet illud, Cum appropinquaret Hiericho, & quia quæ sequuntur apud Lucam aperte satis ostendunt illud quod modò narrat factum esse cum accederet Dominus Hiericho, Augustinus tū lib. 2. de consen. Euange. tum prædicto loco de quæstio. Euange. omnino vult intelligendum miraculum à Luca descriptū diuersum esse ab eo quod Marcus narrat, proinde eius sententiam tanquam receptiorem & tutiorem sequi visum fuit in Concordia.

In caput

## CONCORDIAE

In caput. CVIII.

**I**N superiori annotatione dictum est quid de Marco & Luca sit dicendum, qui idem videntur miraculum cuius aliqua discordia commemorare. Hic autem noua ingeritur quæstio de Matthæo, qui duos cæcos Dominum egressum è Hiericho curasse scribit, cum Marcus unius tantum meminerit. At ea quæstio eodem modo soluenda est quomodo supra cap. 8. Matthæus duos demoniacos à Domino curatos in regione Gerasenorum scribit, cum Marcus & Lucas unius tantum faciunt mentionem, videlicet quod eorum unus notior fuerit. Ita enim & modo eum solum commemorare voluit Marcus, cuius curatio tam clarâ famam huic comparauit miraculo, quàm eius erat nota calamitas & persona, ob quod & nomen ipsius ac patris ipsius explicauit, dicens eum vocatû Bartimæum, hoc est, filium Timæi. Deinde Euangelistæ satis fuit aliquot miraculis commemoratis Christi nobis potentiam & bonitatem commendare, nec curæ fuit omnia etiam describere, proinde nulla videri debet discordia inter eos, si quædam

## RATIO.

unus commemoret que alius prætermisit. Videri tamen potest non improbabiler, quod si cæcus, de quo Lucas diuersus sit ab eo cuius meminit Marcus, Matthæus utrunque simul sit complexus, simul narrare volens & eum qui ante ingressum, & eum qui post egressum est curatus, quod utriusque curatio omnino similiter, & circa eundem locum sit facta. Sunt autem qui putent duos cæcos, quorum meminit Matthæus, diuersos fuisse, non solum ab eo de quo Lucas, sed & ab eo de quo Marcus. In hac enim sententia est Euthymius, eò quod cæci apud Matthæum dicantur contactu sanitatem consecuti, cum id nec Marcus nec Lucas de suis narrent, sed hoc argumentum quàm sit infirmum nemo non aduertit.

In caput. CIX.

**P**ost ea que in Concordia quinque capitibus sunt posita ex Matthæo, Marco & Luca, sequitur apud tres hos Euangelistas descriptio solennis introitus Domini in Hierusalem, antequam præmittendum fuisse aduentum Domini in Bethaniam, quem ante sex dies paschæ factum Iohannes describit,

bit, nullum est dubium. Cùmq̄ merid-  
etiam nulli dubium esse debeat secun-  
dum Augustinum, quin cœna quam  
hoc tempore, ante scilicet solemnem il-  
lum Domini in Hierusalem introitū,  
Iohannes factam testatur, eadem sit  
cum eo conuiuio quod etiam in Betha-  
nia, sed in domo Simonis leprosi Ma-  
thæus cap. 26. & Marcus cap. 14. de-  
scribunt, postquam commemorauerūt  
Dominum dixisse, post biduum fore  
pascha, & tunc principes sacerdotum  
congregatos fuisse in atrio Caiphæ, ideo  
hic simul cum narratione Iohannis cō-  
iungenda erat narratio Matthæi &  
Marci, ut quod scripserunt contigisse  
in Bethania in domo Simonis post so-  
lemnem illum introitum in Hierusa-  
lem, & post mentionem bidui ante pa-  
scha, intelligantur scripsisse per recapitulationem, propterea quod non possit  
probabiliter videri unctio, quam in  
Bethania factam narrat Matthæus,  
& Marcus, diuersa esse ab ea cuius  
meminit Iohannes ob omnimodam si-  
militudinem. Quidam tamen secuti  
Origenem & Chrysostomum, existi-  
mant unctionem, cuius fit mentio à

Mat.

Matthæo & Marco, diuersam esse ab  
ea cuius Iohannes meminit, ob quedā  
non similiter ab eis narrata, imò que  
repugnare videntur. Primum quia  
unctio, cuius meminit Iohannes, facta  
est ante introitum solemnem in Hieru-  
salem: ea autem, cuius Matthæus &  
Marcus meminerunt, videtur facta  
biduo ante pascha: deinde quia facta  
est à Maria sorore Marthæ & La-  
zari, hæc à muliere innominata. Illa  
videtur facta in domo Marthæ, quia  
Martha dicitur ministrasse, hæc autem  
facta est in domo leprosi Simonis. In  
illa unguuntur pedes, in hac unguen-  
tum dicitur effusum super caput Do-  
mini. Ibi solus Iudas obmurmurat, hic  
verò omnes discipuli, aut saltem eorū  
multi. Verum hæc non euincūt diuer-  
sas fuisse unctiones, & alioqui ad eod  
multa in utraque narratione conue-  
niunt, ut absurdum sit dicere fuisse di-  
uersas. Utraque enim in Bethania cir-  
ca tempus passionis facta est à mulie-  
re, utraque fit unguento nardi pistici  
preciosi, quod in utraq̄ estimatur tre-  
centis denarijs, atque indignationem  
discipulorum in utraque secutam Do-

minus

minus similiter cohibuit. Cui autem verisimile illi fuerit, qui diuersas volunt fuisse vñctiones, discipulos ausos fuisse reprehendere factum, quod Dominus tam grauius ante paucos aded dies defendisset, & committere id propter quod Iudas fuisset seuerè aded increpatus? Illi enim volunt hanc quam Iohannes conscripsit vñctionem priorem factam, sexto scilicet ante pascha die, illam autem quam alij narrant, biduo ante pascha. Itaque vt ad ea quae illi mouent respondeatur dicendum est Matthæum & Marcum per recapitulationem, suam descripsisse vñctionem, quod & ex ipsorum narratione, & ex ratione narrationis ipsorum est euidentissimum. Nam cum vterque ipso biduo ante pascha dixisset congregatos principes sacerdotum in atrium Capthæ, subiungentes narrationem vñctionis factæ in Bethania, non dicunt: Post hæc autem cum esset in Bethania, aut, Tunc autem cum esset in Bethania: sed Matthæus quidem subiicit, Cum autem esset Iesus in Bethania. Marci verò: Et cum esset Bethaniæ, ipso narrationis modo suis significantes se non

narrate

narrare id quod illo gestum fuit tempore, sed potius tempore aliquo prætérito. Quod ex ratione narrationis ipsorum longè est euentius. Nemo enim dubitauerit quin ob id commemorent eam vñctionem, vt indicent qua re commotus Iudas accesserit ad principes sacerdotum iam congregatos, tractaturus cum eis de traditione sui Domini, nēpe quod indignaretur sibi perijisse lucrum quod ex vendito unguento provenire ei potuisset, vt Iohannes planius indicauit. Iam nullo modo verisimile esse potest, quod eadem ipsa hora aut die qua facta est hæc vñctio Iudas è Bethania abierit ad principes sacerdotum, eosq; adhuc inuenit congregatos, quos congregatos fuisse commemorauerunt Euangelistæ, antequam vñctionis facerent mentionem. Primum enim verisimile est vñctionem hanc etiam in cœna factam. Nam vespertino tempore solitus fuit illis diebus Dominus regredi in Bethaniam, cum per diem docuisset Hierosolyma. Deinde, vt demus in prandio factam, quomodo diuinare potuit Iudas, iam congregatos fuisse principes sacerdotum,

quo-



quomodo etiam ausus fuisset sese mox à Bethania subducere, & in Hierusalem concedere? Relinquitur ergo potius intelligendum, Iudam indignatum vntione facta ante sex dies pasche, aliquot diebus indignationem suam in animo circumtulisse, ac occasione oportunam expectasse, qua resarciret deperditum lucrum, eamq; se post aliquot dies ratum inuenisse cum audiret biduo ante pascha principes sacerdotum & seniores populi congregatos, cuius sceleris, ut indicarent Matthæus & Marcus que fuerit in Iuda occasio, coacti fuerunt præteritam à se mulieris huius vntionem (quæ sceleris huius fuit occasio) per recapitulationem commemorare, quam nec prius commemoranda statuerunt, ut eo loco commemoraretur, quo oportune ostenderetur ipsam fuisse Iudæ occasionem traditionis. Ex quibus etiam patet falsitas noue sententiæ quam hoc loco sequitur Faber, qui licet existimet vnam eandemq; esse vntionem, cuius meminerunt Matthæus, Marcus & Iohannes, putat tamen eam non contigisse sexto ante pascha die, quemadmodum ex Iohanne

apparet,

apparet, sed biduo ante pascha, & Iohannem ipsam per anticipationem narrasse, non autem, ut communis habet sententia, Matthæum & Marcum per recapitulationem, cum Iohannes nihil alibi sic inueniatur scribere per anticipationem, sed ubique satis seruet rerum gestarum ordinem, nec hic aliqua ratio videri possit, ob quam anticipasset hanc narrationem. Rationes autem quibus mouetur Faber, planè sunt inefficaces, videlicet quia sabbatho non potuerunt Iudæi parare cœnam, nec tunc licuisset Mariæ ungere pedes & caput Domini, & extergere pedes suis capillis. Cœna enim Domino facta in sabbatho, & pridie palmarum die, rectè intelligitur præparata die præcedenti, quæ Iudæis à præparatione dicebatur Parasceue. Sicut autem lotio manuum licita proculdubio fuit Iudæis in sabbatho, ita & vntio pedum & capitis nihil obstitit religioni sabbathi: & alioqui in vespera sabbathi licebat operari, quia Iudæi celebrare sua sabbatha iussi erant à vespera in vesperam. Iam ut & ad reliqua respondeatur, quæ eos mouent qui diuersis esse

Y putant

putant unctioes, nihil id mouere merito debet, quod apud Iohannem Maria soror Marthæ dicatur unxisse, apud Mattheum & Marcum mulier quedam, sine nominis expressione. Quod enim omissum est ab his duobus, Iohannes, qui post eos scripsit, suppleuit, hanc historiam non attacturus, nisi quid in ea à se vidisset, suppleendum. Mattheus autem & Marcus ideo nomen mulieris videri possunt nonuisse exprimere, quod omnibus quibus Euangelium fuerat annuntiatum, constaret quæ esset mulier hæc, cuius factum Dominus hic asseruit prædicandum ubique Euangelium suum prædicaretur, aut quia obiter tantum unctiois mentionem introduxerunt, ut occasionem indicarent traditionis Iudæ. Iam quia Iohannes in sua cæna dicit Martham ministrasse, & Lazarum unum fuisse ex discumbentibus, non consequitur hanc cænam factam in domo Marthæ & Lazari. Nullum enim locum cæne suæ exprimit Iohannes, nisi Bethaniam, nec dicit Lazarum cum suis sororibus fecisse Domino cænam, sed indefinitè dicit: Fecerunt autem et cænam

cænam, quod perinde est, ac si impersonaliter dixisset, Facta est autem ei cæna, eò quod locum cæne satis explicuissent duo alij Euangelistæ. Ut autem in domo Simonis leprosi Martham ministraret, & Lazarus accumberet, in causa potuerunt esse diuersa, nempe vel vicinitas, & domorum contiguitas, vel consanguinitas, vel denique archissima familiaritas, quæ erat inter discipulos Domini credentes in ipsum. Quod autem Mattheus, & Marcus unctum à muliere caput Dñi memorat, Iohannes verò pedes, non eumcui diuersas esse unctioes, cum simul utrunque fieri potuerit, & commodè intelligatur primum eam unxisse pedes, ac deinde quod supererat unguenti, effudisse super caput eius, effracto etiam, ut habet Marcus, vasculo, quod nihil sibi reseruaret unguenti. Sic nec id diuersis conuincit esse unctioes, quod Iohannes solum Iudam, alij pluraliter discipulos scribant ministrasse. Primum enim recepta est etiam in scripturis synecdoche, qua multis tribuitur quod unus fecit, quemadmodum latrones blasphemasse Christum

scribuntur, cum id vnus tantum fecerit. Demde verisimile est, quod quantā Iudas præcipuè mulieri indignaretur, & ipse solus indignaretur lucrū sibi peris̄se, reliqui tamen vel eius verbis commoti, etiam sint indignati, non tamen eadem de causa qua Iudas, sed vero erga pauperes affectu quem Iudas tantum simulabat, ob quod huius solus Iohannes duxit faciendam mentionem.

## In caput. CX.

**I**ohannes Euangelista priusquam asselli, super quem Dominus sedit, faciat mentionem, commemorat quomodo turba multa, quæ conuenerat ad diem festum, processerit obviam Iesu cum ramis palmarum, clamantes Osanna. Id autem quoniam proculdubio præpostero ordine Iohannes commemorauit, non veriti sumus in Concordia mutato ordine suo loco collocare, maxime ut Iohannis narratio contexeretur cum reliquorum trium narratione, nec idem bis cogeremur ponere. Porro Matthæus pro asino Dominum misisse Apostolos scribit, cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Beth-

Bethphage ad montem Oliueti: Marcus vero cum appropinquarent Hierosolymæ & Bethanæ, aut ut habent Græci, ad Hierusalem, ad Bethphage, & Bethaniam: Lucas item cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam. Proinde hic merito dubitari potest, quomodo cum Matthæus dicat missos discipulos cum venissent Bethphage, & ad montem Oliuarum, Marcus & Lucas dicunt Dominum hoc fecisse cum appropinquaret Bethaniam. Nā cum venisset Bethphage iam Bethaniam pertrāsferat, cum Bethphage & mons Oliuarum vicinior fuerit ciuitati Hierusalem, quàm Bethania, in qua præcedenti nocte Dominus pernoctauerat. Dicendum itaque Marcum & Lucam dixisse Dominum cum mitteret discipulos, appropinquasse Bethanæ, non quod eam tunc accederet, sed quod prope eam esset, (non enim eam iam longè exierat) quomodo supra diximus quosdam intelligere, quod Lucas dixit Dominum curasse cæcum, cum appropinquasset Hiericho, quorum sententia multum confirmari potest ex modo loquendi in præsentis loco. Aut dicen-

dum Marcum & Lucam præpostere dixisse, Cùm appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam: illudq̄ sic intelligendum, Cùm appropinquasset ad Bethaniam, & deinde appropinquasset ad Bethphage, ad montem Oliuarum. Superest altera circa hoc caput questio, ad Concordiam pertinens Euangelistarum, quomodo scilicet Matthæus duo iumenta, asinam scilicet & pullum, commemoret iussu à Domino ad ferri, eiq̄ allata, & super ea Dominum sedisse, cùm reliqui tres solus pulli faciant mentionem. Pro cuius questionis solutione, communiter dicitur Dominum sedisse super utrumque animal successiue: tres tamen Euangelistas solus pulli meminisse, siue quòd ei Dominus pro maiori parte insederit, siue q̄ pulli inequitatio ad mysterium vocationis gentium pertineat, quibus Græca lingua tres scripserunt Euangelista, cùm Matthæus Hebræis scripserit Hebræa. Verùm quoniam, ut habet D. Hieronymus, & turpe fuisse Dominum insidere asinæ, & impossibile ut in tam breui spacio diuersis insederit animalibus, verisimilior est alio-

rum, inter quos Euthymius, sententia: qui dicunt soli pullo Dominum insedisse; atque ob id tres Euangelistas illius solius fecisse mentionem, asinam tamen etiam simul adductam, sed Dominum pullo insidentem, tantum fuisse secutam, ideoq̄ Matthæum exacta diligentia utriusque meminisse iumentum. Huic tamen sententiæ, quedam videntur ob stare. Primum, quòd apud Matthæum iussi sunt discipuli dicere, Dominus his opus habet. Deinde, quòd apud eundem dicuntur discipuli, cùm adduxissent asinam & pullum, imposuisse super eos vestimenta sua, & Dominum desuper collocasse. Postremum, q̄ in testimonio prophetæ, quod hoc factò Dominum impletum dicitur à Matthæo, habeatur, Sedens super asinam & pulli filium subiugalis. Ad quorum primū dicit Euthymius, q̄ utroq̄ iumento fuit Domino opus. Sed pullo, ut super eum veheretur: asina verò, ut pullum sequeretur causa significandi mysterij. Ad secundum dupliciter responderi potest. Altero modo, ut illud Desuper referatur nō ad animalia, sed ad vestimenta. Sic enim interpretatur

Euthymius, qui pro eo quod nos habemus, Et eum desuper sedere fecerunt, habet καὶ ἐκάθισεν ἐπάνω αὐτοῦ, hoc est, & sedit super ea, vel eos. Nam αὐτῶν ex sese est ambiguum. Sic & exemplar habet Complutense, nisi quod pro simplici ἐκάθισεν habet ἐπ'ἐκάθισεν. Alio modo dici potest, Matthæum per synecdochen, ut & aliàs, dixisse Dominum collocatum pluraliter super animalia, quomodo etiã accipi potest αὐτῶν per synecdochen. Dominus his opus habet. Pro responsione autem ad tertium sciendum est, quod in illo testimonio prophetae pro femino asinam vertendum potius videatur masculinum asinum. Ita enim permittit & dictio graeca δὲ ἢ hic posita, quae tam asinum significat quam asinã, maximè cum hic careat articulo, nec addatur ut superioris articulus femininus, & vocabulum quod est apud septuaginta interpretes, nempe ὑποσύγιον, quod est, subiugale. Et in Hebræa origine vocabulum quod his correspondet dictionibus, nempe חמור Chamor, asinum genere masculino fere ubique significat, non asinam, quae Hebræis dicitur אֲתוֹן

Athou

Athou. Inuenitur tamen. 2. Reg. 19. nomen Chamor positum in genere femino, de quo vide Pagninum. Nam etiam illo loco D. Hieronymus vertit asinum. Itaque si in citato prophetae vaticinio nomen δὲ ἢ vertatur masculinè & non femininè, quod dicitur, Ascendens super asinum & pullum filium subiugalis, non diuisim est accipiendum, quasi super diuersa animalia vicissim sedisse sit significatum, sed per asinum & pullum coniunctim intelligendus ipse pullus qui asinus quidẽ futurus, pullus vero etate. Figura enim est prophetis familiarissima, quae idem mutatis vocibus geminant. Sanè in hunc modum explicat hoc testimonium Euthymius, & explicandum sic omnino videtur si originalia inspiciantur Hebræorum, & citatio Iohannis. Quod si dictionem δὲ ἢ quis putet hoc loco potius vertendam femininè, ut diuersa significentur animalia, quemadmodum non improbabiler videtur dicendum secundum intentionem Euãgelistae, qui cum dixisset δὲ ἢ ἔστω ἢ πῶλον ἢ ἄσινον adduci, subiicit id factum ad completionẽ vaticinij in quo dicitur Mes-

fi. as seſurus ſuper οyon & πώλον. Iam dicendum, quod etiam per ſynecdoche illud ſit intelligendum, quod dicitur in vaticinio, ſicut quod idem Mattheum dicit Dominum illis habuiſſe opus, & Apoſtolos ipſum collocaſſe de ſuper. Videtur enim Mattheus, quoniam duo animalia adducta fuerunt ad Ieſum, teſtimonium prophetae, quanquam non neceſſario intelligendum eſet de duobus animalibus, voluiſſe accommodare ad utrumque animal, & quoniam in eo dicitur rex Sion ſedere ſuper hoc & illud, ideo ſermonem ſuum attemperando ad prophetæ vaticinium, dixiſſe Dominum ſediſſe ſuper hæc animalia, quod per ſynecdochen intelligendum, reliqui deinde Euangeliſtæ, qui poſt eū ſcripſerunt, ſatis indicauerunt.

In caput. CXI.

**Q**uod ad Concordiam hic perimet Euangeliſtarum, dubium eſt an hac ipſa die, qua Dominus ſolenni pompa ingreſſus eſt Hieruſalem, an die ſequenti contigerit illa eiectione & vendentium, quam hic commemorant Mattheus, Marcus & Lucas, conſimilis ei quam in principio

pre-

predicationis Iohannes cap. 2. factam narravit. Nam Mattheus quidem & Lucas eam commemorant, quaſi hac ipſa die factam. Marcus vero, quaſi die ſequenti. Mattheus enim poſt ea que habita ſunt precedenti capite, cum dixiſſet, Et intrauit in templum Dei, ſubiectum: Et eiecit omnes vendentes & ementes in templo. Ac poſtea addit, quomodo pueris clamantibus in templo, Oſanna, phariſæi ſunt indignati, quod certum eſt ſatis, prima die hebdomadæ contigiſſe. Similiter Lucas poſt deſcriptum ſolemne introitum Domini in Hieruſalem, adiungit: Et ingreſſus in templum cepit eiecere, & cæter. Marcus vero iſtud factum narrat, cum dixiſſet Dominum altera die veniſſe rurſum Hieroſolymam. Cum autem non ſit veriſimile Euangeliſtas diuerſa ſcribere facta, (ſicut tamen vult Oſiander, qui putat utroque die Dominum eieciſſe ementes & vendentes e templo, cum omnes tres ſuam eiectione eodem narrent modo,) dicendum ſanè aut Mattheum cum Luca hanc eiectionem narraſſe per anticipationem, ſi Marcus ordine rei geſte ſeruauit: aut contra, Mar-

cum illam narrasse per recapitulationē, si reliqui duo ordinē seruauerūt. Et quidē D. Augustinus existimat Matthæū magis ordinem tenuisse, ut Marci narratio sit per recapitulationem posita, at si quaedam spectemus, magis est probabile Marcum ordinem temporis seruasse. Primò enim, cum secundo die Marcus narret Dominum uenisse rursus Hierosolymam, & ingressum in templum, nihil ab eo erit narratum quod secundo die in templo gestum fuerit à Domino, si eiectionis ementium & uendentium contigit prima die. Deinde certum est ex Marco Matthæum, ea quæ partim secunda die contigerunt, partim tertia, sic commemorasse; quasi omnia secunda die accidissent. Cum enim dixisset, Dominum mane reuersum in ciuitatem, sic commemorat factū à Domino maledictam, & discipulos, quia exaruerat, admiratos, quasi uirū que eadem die contigerit, cum certum sit ex Marco, Dominum factū quidem maledixisse secunda die, ac tertia die discipulos uidentes eam aruisse, admiratos, Itaque sicut in hac narratione certum est eum coniunxisse gesta duo-

rum

rum dierum, secundi scilicet & tertij, ita omnino uerisimile etiam in narratione eorum quæ ad primam pertinent diem, coniunxisse quædam secundæ die gesta. Matthæus enim ita suam contexit hic narrationem, quasi tantum prima die & secunda Dominus è Bethania profectus sit Hierosolymam in templum, nulla facta mentione diei tertie, cuius distinctè meminit Marcus, cum omnia quæ Marcus tribus diebus distinctè gesta describit, ille sub commemoratione duorum cõprehendat dierū. His rationibus moti sumus ut eiectionem ementium & uendentium secundæ diei tribueremus, ac Marcum distinctè triū dierum gesta describentem, ordinem rerum gestarum tenuisse crederemus. Omissa ergo hac eiectionis narratione, post illud Matthæi: Et intrauit Iesus in templum Dei, subieciimus quæ eiectionis narrationem apud eum sequuntur de cæcis & claudis in templo sanatis, & pharisæis indignantibus. Nam hæc primo die cõ. igisse satis est certum. Cæterum quæ Iohannes solus commemorat post descriptum solennem Domini in Hierusalem introitum, incer-

Y 7 tum

tum est quo die contigerint, an prima die an aliqua sequenti, & utrum omnia eodem die contigerint, an diuersis diebus, tamen quia Iohannes haec coniungit historiae primae diei, nec uidebatur quo alio loco haec commodius collocarentur, visum est ea hoc loco adiungere superioribus, ueluti gesta hac prima die.

## In caput. CXIII.

**I**N fine parabolae, quae hoc continetur capite, contrarietas aliqua uideri possit in narratione Euangelistarum. Nam cum Matthaeus ad interrogationem Domini quaerentis, Quid ergo dominus agricolae ueniens facturus sit agricolis illis? dicat scribas & phariseos praesentes dixisse: Malos male perdet, & uineam suam locabit alijs. Marcus & Lucas commemorant quasi Dominus ipse dixerit, Veniet & perdet colonos istos, & uineam suam dabit alijs. Nec enim dici potest apud Marcum & Lucam, scribarum & phariseorum uocem subiunctam uerbis Christi, omissa illa parte, Illi responderunt, uel Dicunt ei. Quia Lucas subiungit: Quo audito dixerunt illi, Absit. Nisi dica-

mus inter auditores quosdam respondisse, quod Matthaeus commemorat: quosdam uero illud quod Lucas dicit, hoc est, Absit. Sic enim D. Augustinus Euangelistas conciliandos existimat. At quia omnino uidetur ex Marco & Luca etiam Dominum dixisse colonos illos perdendos, rectius cum Chrysostomo dicitur, primum quidem illos, sicut habet Matthaeus, respondisse, Colonos perdendos; ignorantes se proferre contra seipsum sententiam; deinde uero Dominum etiam dixisse, quod illi dixerant, confirmando, & approbando eorum sententiam; sed sic, ut ex uerbis uel gestu illius intelligerent illud contra se dictum, ac tum respondisse sicut habet Lucas, Absit, non quidem significare uolentes, non conuenire ut mali huiusmodi coloni perderentur, sed illud nequaquam sibi competere, ut sit sensus, Absit hoc a nobis, ut quemadmodum significas, id in nobis eueniat. Nolebant enim agnoscere, se parare necem filio Dei, & proinde nec sibi competere, ut cum malis illis colonis perdantur, uinea Domini alijs locata.



**I**N hoc capite quod ad Euangelistarum attinet Cōcordiam, obseruandum Marcum & Lucam expressisse numi speciem, dicentes, Dominum petiisse sibi exhiberi denarium. Ex Matthæi tamen narratione magis apparet Dominum non expressisse numismatis speciem, sed velut ignorantem quo numismate census solueretur (ut declararet huiusmodi rerum cognitionem sibi non esse cordi) in genere numisma census petiisse sibi offerri. Nam cum dixisset Matthæus, Dominum petiisse sibi presentari numisma census, subiicit: At illi obtulerunt ei denarium, significās illos numismatis speciem indicasse de quo Dominus rogauerat in genere. Proinde intelligendum videtur Marcū & Lucam denarij nomen in verbi Christi posuisse, non quod numismatis speciem Dominus expresserit, sed quod denarius fuerat ille numus, quem Dominus postulauerat sibi exhiberi.

**O**bseruandum hic quod solus Lucas cōmemoret scribas quosdam commendasse responsionē Domini dā-

tam, Sadducæis. Marcus verò similem cuiusdam scribæ commendationē narret post responsionem Domini ad sequentem questionem quam prætermisit Lucas, quod eandem à scriba quodam alio tēpore Domino propositam, & eodem modo quo hic absolutam introduxit superius capite suo undecimo. Intelligendum itaque utranque Domini responsionem ad duas quæstiones, quosdam ex scribis approbasse, & alterā quidē cōmendationē scripsisse Marcā, alteram verò Lucā, qui dicit quosdā scribas respōdisse, hoc est subintulisse, Magister, bene dixisti, nimirū gaudentes Sadducæis hostibus suis occlusum esse os. Quod autem apud Lucam sequitur: Et amplius non audebant eū quicquam interrogare ex Matthæo & Marco falsum apparet, cum hi testentur post quæstionem Sadducæorum phariseos & scribas aliam adhuc propositam quæstionem. Proinde vel est intelligendum Lucam tantum loqui de Sadducæis, ut significetur Sadducæos non fuisse ausos eum amplius quicquam interrogare. Aut si de omnibus Lucis loqui intelligatur, accipiendum est

est ea sententia significari, quod cum tam aliquoties Dominus respondisset prudenter varijs questionibus & Sadduceorum & pharisaeorum, ita ipsi prudentiam sint admirati, & turrunt, ut non auderent eum amplius quicquam interrogare. Videtur enim Luc. 11, idem voluisse dicere cum eo quod post sequentem questionem a se omissam ob causam iam praeditam, dixit Marcus, Et nemo iam audebat eum interrogare.

## In caput. CXVIII.

Quod Marcus dicit scribam, de quo est in hoc capite, approbasse Domini responsonem, & Dominum vicissim eius responsonem commendasse, ita ut diceret eum non longè esse à regno Dei, non est contrarium ei, quod Matthæus hunc dicit tentasse Dominum. Tentasse enim solum dictum est ob id quod experiri voluerit, num ad questionem Dominus rectè posset responderè. Qua in re etsi non sincero affectu, tamen cum audiret prudentem Domini responsonem, ac talem quæ cum propria conveniret sententia,

cont-

commotus responsonis veritate, ac delectatus approbatione suæ sententiæ, deposito illo tentandi animo, approbavit Christi responsonem, & vicissim Dominus delectatus, quod & veritatem ille agnosceret, eamq; tentandi animo posito, a se dictam approbaret, commendans eius responsonem, dixit non longè illum esse a regno Dei. Proximus enim ille est regno Dei, qui & cognoscit veram rationem, qua Deo placere possit, & eam à quocunque audeat predicari commendat, non studens pharisaeorum more calūniari per invidiam, quæ rectè ab alijs dicuntur.

## In caput. CXXII.

Quod Marcus Petrum, Iacobum, Iohannem & Andream dicit interrogasse Dominum separatim, hoc est seorsum, cum Matthæus & Luc. 11 in genere scribant discipulos interrogasse, dupliciter accipi potest. Altero modo, ut hi soli quorū nomina exprimit Marcus, intelligantur Dñm nunc adijisse & interrogasse seorsum ab alijs discipulis, sperantes eum, sicut transfigurationis mysterium, & alia quedam paucis

paucis & ipsis potissimum crediderat, etiam de tempore & signis futurae devastationis facile paucis communicaturū, quæ alijs omnibus non esset crediturus. Sic enim intelligit Erasmus in paraphrasis. Altero modo, ut omnes discipuli dicantur discendi causa accessisse Dominum, soli autē illi quatuor, omnium nomine interrogauerunt, utpote primores Apostolorum, & maiorem habentes apud Dominum fiduciam, ut quod dicit Marcus separatim significet eos hoc interrogasse, semotim turbis, sicut intelligi debet quod dicit Matthæus discipulos interrogasse secretò. In hunc modū Euthymius Eua-gelists concordat. Cæterum admonendum hoc loco sermonem illum Domini quem Matthæus cap. suo. 24. Marcus cap. 13. Lucas. 21. sunt prosecuti, nos in Concordia non sine ratione secuisse tria capita. In primo enim comprehenduntur secundum D. Chrysolomi enarrationem, quæ alijs longè est hoc loco præferenda, illa quæ pertinent ad tempora aut vastationem Hierusalem præcedentia, aut ipsius vastationis Hierusalem. In secundo, ea quæ ad

secun-

secundam pertinent questionem Domino à discipulis propositam, nempe quæ aduentum ipsius sunt præcessura post excidium Hierosolymitanū, quæq; ad aduentus sui signa & tempora pertinent. In tertio continetur monitio quæ post prædicta commodè nos monet Dominus, quomodo ad illum aduentum propter eius incertitudinem nos parare & gerere debeamus. Adiecit autem in duobus his postremis capitibus quædam ex fine cap. 17. Lucæ, & principio cap. 18. ob causam superius redditam in annotatione circa caput. 98.

### In caput. CXXVIII.

Circa hoc caput tractanda est quæstio de die paschalis solennitatis eo anno quo passus est Dominus. Nam quæstio hæc ad Concordiam pertinet Evangelistarum: cum enim Matthæus & Marcus hoc loco apertè significant pascha fuisse biduo post diem tertium ab ingressu Domini magnifico in urbem Hierusalem, hoc est ad vesperam feriæ quintæ, ut die sexto solennitas fuerit paschæ (nam Hebræis dies festi incipiunt à vespera) eademq; vespera eidem Evangelistæ simul cum Luca-  
testen-

restentur Dominum secundum legem  
agnum edisse paschalem, Iohannes con-  
trà significat paschæ solennitatem tunc  
incidisse in septimum diem, ac agnum  
paschalem à Iudæis comesum ad ve-  
speram ferie sextæ. Nam cap. 13. descri-  
pturus lotionem pedum, quæ à cena  
fuit facta, scribit ante diem festum pa-  
schæ, hoc est, pridie paschæ id accidisse.  
Item cap. 18. dicit de Iudæis: Non in-  
troierunt prætorium, ut non contami-  
narentur, sed manducarent pascha,  
hoc est, agnum paschalem. Malè enim  
quidam, quòd eludant hoc argumētum,  
affirmant per pascha intelligenda azy-  
ma, tum q̄ nusquā in scripturis ostendi  
possit pascha sic accipi, tū q̄ propter azy-  
ma non esset contaminatio vitanda,  
quandoquidem & immundi illis vesiti  
poterant verisimiliter, sicut ex eo licet  
colligere, quòd pœna mortis intentata,  
præceptum fuerit Iudæis, septem inte-  
gris diebus comedere azyma, cum im-  
mundiciam legalem leuissim. is ob cau-  
sis contraherent. Iam capit. 19. me-  
morans tempus in quo Christus fuit cõ-  
demnatus, sic scribit: Erat autem pa-  
rasceue paschæ. Non erat ergo is dies  
pascha,

pascha, sed preparatorius ad solenni-  
tatem paschæ sequenti die celebran-  
dam, quòd ex iustorū factis euadit ma-  
nifestum. Nicodemus enim & Ioseph  
ab Arimathia emerunt eo die unguē-  
ta & sindonē, ac Dominum vinctum  
sepelierunt, quæ in ipsa paschæ solenni-  
tate non licuissent. Nam de prima &  
septima huius solennitatis die præcipi-  
tur Exodi. 12. ut nihil operis faciant  
in eis, exceptis his quæ ad vescendum  
pertinent. Sic & mulieres illæ, quæ Do-  
minum fuerant secutæ, sua quoque  
unguenta mercatæ fuerunt, & para-  
uerunt hoc ipso die parasceues, ut po-  
stridie quiescerent secundum legem, si-  
cut scribit Luc. vs cap. 23. Ad hanc dif-  
ficultatem Græci & Latini diuersi-  
modè soliti sunt respondere, Græcis as-  
serentibus Dominum præuenisse vna  
die celebrationē agni paschalis, & de-  
cimatertia luna illum cum discipulis  
edisse: Latinis verò contrà, Dominum  
decimaquarta luna secundum legem  
agnum edisse affirmantibus: Iudæos  
verò contra legem distulisse in alte-  
rum diem pascha, auiditate occidendi  
Christum. Verùm neutra assertio est

conueniens soluendæ difficultati. Nam præterquam quod pium satis non sit dicere Christum pascha anticipasse, qui dum uigeret lex, omnia legis diligentissimè obseruauit: pugnat etiã cum hac assertionem quod Marcus dicit, Primo die azymorum quando pascha immobilabant. Et Lucas: Venit autem dies azymorum; in quo necesse erat occidere pascha. His enim locis significatur legitimam fuisse celebrationem paschalis agni ea die qua illam Dominus obseruauit, proinde Græci hæc Euangelistarum loca coguntur coactis interpretationibus tractare, & obtorto collo trahere ad suum sensum. Quod autem Iudæi propter occidendum Christum pascha contra legem distulerint insequentem diem, ut alij dicunt, æque est improbable. Primum enim quomodo hoc ausi fuissent, cum tanta undique multitudo ad festum hoc venire solita fuerit? Deinde loca Iohan. superius citata, & facta non solum impiorum Iudæorum, sed & iustorum, planè significant non contra morem, sed legitimè pascha tunc incidisse, non in feriam sextam, sed in diem sequentem: promde

Latini

Latini qui hanc sequuntur sententiã, coguntur vim facere prædictis uerbis Iohannis. Cum ergo neutra harum opinionum sit probabilis, pro Euangelistarum Concordia, inuenienda est ratio, qua ostendatur Christum pascha suum celebrasse pridie quàm Iudæi suum celebrarent: & tamen & Christum, & Iudæos suum pascha celebrasse legitimè. Hæc rationem paucis insinuat Rupertus scribens in Matthæum, ac dicens Iudæos ex patrum traditione nunquã duo festa, in quibus nihil operis facere fuit præceptum, continuè celebrare solitos: quod difficile esset corpora mortuorum, aut cocta olera in tertium usque diem seruare, in regione illa calida, atq; ob id paschæ festiuitatem, quotiescunque incidit feriam sextam, sicut euenit eo anno quo Christus est passus, distulisse in diem sequentem, sabbatum scilicet. Paulus Burgenensis in annotationibus aduinctis commentarijs Nicolai de Lira, exactius & prolixius prosequitur rationem, qua factum est ut Christus, pridie quàm Iudæi, suum celebrarit pascha, & tamen utriusque legitimè: memorans obseruationes duas

Z

apud

apud Iudæos obtinuisse, unde festa nonnunquam de die in diem translata apud eos fuerunt. Verum quoniam ex proluxa eius assertione nihil amplius quod proposito seruiat possit haberi, quã quod paucis iam ex Ruperto audimus, visum est eam hic prætermittere, ut ne in his nostris annotatiunculis proluxiores simus. Neque ergo Christus suum anticipauit pascha, neque Iudæi illo peculiariter anno ob patrandam Christi necem distulerunt, sed utrique tempore quod iampridem eis erat legitimum, illud obseruarunt. Dominus quidem tempore legitimo ex lege Dei, cui obtemperare maluit, quam receptæ à patribus traditioni contra legem Dei: Iudæi uero legitimo extraditione patrum, atque ob id Iohannes de sabbatho, quo Dominus quiescit in sepulchro dicit, quod magnus fuit dies ille sabbathi, nimirum quod in eo et paschatis et sabbathi celebritas conuenissent, secundum obseruationem Iudæorum. Et hæc quidem pro Euangelistarum conciliatione paucis dicta in præsentis sufficiant.

In caput. CXXX.

**P**Edum abluitionem, quam solus descripsit Iohannes, quidam existimant etiam post institutionem eucharistiæ contigisse, alij uero non solum ante eam, sed etiam ante esum agni paschalis. Communiori autem (quam tanquã ueriores secuti sumus in Concordia) sententia, creditur lotio facta post esum agni, sed ante eucharistiæ institutionem. Et quidem qui etiam post hanc institutionem factam existimant, hoc potissimum mouentur argumento, quod non uideatur eis, quo loco commodè institutio eucharistiæ possit post lotionem pedum inseri historiæ Iohannis. Sic enim Iohannes post lotionem pedum subiungit sermonem de suo traditore, ut manifestè uideatur eum mox habitum post lotionem pedum sine aliquo medio, qui sermo non finitur nisi ablegatione proditoris Iudæ, quem ex Luca satis certum est interfuisse institutioni eucharistiæ. Hinc ergo colligunt lotionem pedum secutã eucharistiæ institutionem, uerum inefficaciter, cum nihil uetet, eucharistiæ institutionem inserere historiæ Iohannis post abluitionem pe-

dum ante illa verba: Cùm hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu. Nō enim necesse est, intelligere mox ac sine omni intermedio, post prædicta à Domino, contigisse quæ consequenter Iohannes narrat. Iam nec ex illo, quod cœna facta dicitur facta pedum ablutio, sequitur post mysterium donati corporis & sanguinis Domini illam contigisse. Certum est enim, nō sic intelligendum hęc cœnam dici factam, quasi absoluta iam fuerit & consummata, cùm aperte Iohannes testetur Dominum, post ablutos pedes iterū accubuisse, & dedisse Iudæ intinctum panem, ac de se ipso postea dicat capite ultimo, quod recubuerit in cœna supra pectus Iesu. Ex quibus locis iam satis refellitur prædicta sententia. Non enim videtur quorsum, rursus Christus accubuerit, si & agnus fuerat comesus & Eucharistia instituta. Qui verò etiam ante esum agni paschalis, & omnino in principio cœnæ, antequàm quicquam ederetur, putat Dominum suorum abluisse pedes, (quæ est Osiandri sententia) hoc mouenitur argumento, quod putent ipsum pedes suorum abluisse ex more il-

lius regionis, quo honestarum conuiu-  
rum pedes ante cœnam abluabantur,  
sicut satis apparet ex verbis Christi,  
quæ Lucas cap. 7. describit. Nam illic  
Simō pharisæus, inter cætera etiam ob  
hoc reprehenditur, quod Christo domum  
eius ingresso aquam pro pedibus eius nō  
dederit, nec caput eius oleo unxerit:  
quorum certè Christus nihil requisisset,  
nisi vulgò conuiuii gratis exhiberi solitum  
fuisset. Nec obstare putat huic sen-  
tentia Osiander, quod dicit Iohannes,  
cœna facta. Nam, ut etiam D. Augu-  
stinus super Iohannem annotauit, illud  
Cœna facta, vel ut est Græcis δειπνον  
γενομενον, nō significat cœna absumpta,  
sed cœna parata. Intelligit ergo Osiander  
Christum, cùm iam tempus cœnæ  
adesset, cœnæq; iam parata esset, accu-  
buisse primum, ut discipulos quoq; ad  
accumbendum prouocaret, eisq; ex or-  
dine ad cœnam iamiam inferendā dis-  
cumbentibus, iterum Christum surre-  
xisse ad abluendum suorum pedes. Ve-  
rùm hæc sententia, ut est noua, ita non  
est verisimilis, vel ob id quod non sit  
probabile morem fuisse, ut discumben-  
tibus pedes abluerentur, sed priusquàm

accēberent, quodq̄ non appareat quomodo commodè singulorum Apostolorum pedes Dominus abluere potuerit si iam mensæ asidebant. Iam quorsum erat opus ad discumbendum prouocare ante ablutionem, si ea ante sumptionē cibi erat perficienda, cum ea ante accubitum longè commodius fieret? Magis ergo verisimile illud, cœna facta, significare cœnam iam cœptam, quemadmodum dies dicitur factus cum exortus est sol & dies incœptus, ut significetur Dominum surrexisse cum iam cœpta esset cœna, atque inter cœnandum, quod apertius significant græca, quæ habent ἵερίται ἰν τοῦ δεῖπνου, hoc est, surgit ex cœna. Si ergo inter cœnandum Dominus surrexit ad abluendum pedes suorum, quid relinquitur dicendum probabilius, quàm lotionem hanc factam post esum agni, & ante eucharistie institutionem? Ex his enim duabus maximè partibus cœna hæc constabat. Iam verò post esum agni & ante eucharistie institutionem, pedum lotionem factam fuisse etiam hinc efficacius probari potest, quòd lotio hæc, secundum omnium patrum intelligentiam,

tiam, non tantum in exemplum humilitatis, sed etiam in mysterium facta sit, quo scilicet exteriori signo doceremur quæ mundicia requireretur in eo qui eucharistiam dignè esset suscepturus. Vnde de D. Bernardum in sermone de cœna Domini, D. Ambrosium libro de mysterijs, & libro. 3. de sacramentis. Igitur sicut moris erat in ea regione, ut ante conuiuium honestorum conuiuiarum pedes abluerentur, ita & Dominus suam nouā cœnā exhibiturus suis, pedes eorum lauit, occasione quidem ex regionis more desumpta, sed in exemplum tamen & mysterium.

In caput. CXXXI.

**E**ucharistie institutionem subiungendam post pedum lotionem præcedenti capite satis est offensum. At ante hanc Matthæus & Marcus narrant Dominum inter cœnandum de proditore suo sermonem intulisse, cum Lucas de illo post eucharistiam institutionem Domini meminisse scribat, unde quidam post Augustinum existimant, Dominum & ante institutionem, & post eam de proditore suo locutum, Matthæi & Marci narrationem iungentes



cum his quæ iam superiori capite ex Io-  
hanne sunt posita, ubi in fine textû sui  
Dominus notat proditorem, & subj-  
citur à Iohanne. Cùm hæc dixisset Ie-  
sus, turbatus est spiritu, & protestatus  
est, & dixit: Amen amen dico vobis,  
quia vnus ex vobis tradet me, & cæ-  
quæ similitèr narrant Matthæus &  
Marcus. Verùm quòd mentio prodito-  
ris à Luca descripta, sit eadem cum illa  
quæ descripserunt Matthæus & Mar-  
cus, ipsa verborû identitas nimis pro-  
babiliter arguit. Si quidem & Lucas  
dixisse Dominum narrat, quod & ali-  
duo habent, Filius quidem hominis va-  
dit, væ autem homini illi per quem tra-  
detur. Iam Matthæus & Marcus, sic  
factam proditoris narrât mentionem,  
antequam narrent institutionem sa-  
cramenti corporis & sanguinis Domi-  
ni, ut tamen suo narrandi modo nul-  
lum significant ordinem, sicut patet le-  
genti. Lucas verò sic illam commemo-  
rat post eucharistiæ institutionem, ut  
ordinem significet. Nam post tradita  
corporis & sanguinis Domini myste-  
ria, Dominum subiunxisse scribit: Ve-  
runtamen ecce manus tradenti me me-

cum

cum est in mensa. Cùm ergo eadem sit  
Matthæi & Marci narratio de prodito-  
re cum narratione Lucæ, & ex Lu-  
ca constet proditoris mentionem post  
institutionem eucharistiæ factam, re-  
ctè eam narrationem à Matthæo &  
Marco positam, per præoccupationem  
ante cœnam mysticam, in Concordia  
posuimus post cœnam, sicut & similem  
Iohannis de proditore narrationem, quæ  
nihil obstat iam dicto modo cõcordandi  
Euangelistis, ut superiori capite est  
ostensum. Cæterùm Lucas descriptu-  
rus mysticam cœnam præmittit Do-  
minum dixisse: Desidero desideravi hoc  
pascha manducare vobiscum, & c. In  
quibus verbis, si per pascha agnus lega-  
lis est intelligendus, quemadmodum  
accipitur ea dictio in præcedentibus a-  
pud Lucam, videri poterât verba illa  
in Concordia magis ante lotionem pe-  
dum collocanda, ante quam supra ostē-  
sum est verisimiliter agnum typicum à  
Domino fuisse comesum. Verùm, ut hoc  
potius loco ea reponenda iudicaremus,  
causa potissima fuit, quia hæc verba  
separari nõ poterant commodè ab illis,  
quæ Lucas narrat de calice accepto,

antequam de accepto pane scribat. Nā sicut de paschate Dominum dixisse refert: Dico vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei, ita & de accepto calice dixisse narrat continuè: Dico vobis, quod non bibā de generatione vitis, &c. quæ narratio non patitur, ut quæ de calice bibendo dicuntur, separentur ab his quæ de edendo dicuntur paschate. Iam quæ de calice narratur à Luca, antequam acceptum à Domino panem commemoret, verisimile omnino est secundū Augustini sententiam intelligenda esse de calice sacro, ut per præoccupationem illa Lucas narrauerit ante acceptum panem, & de eodem calice accipiatur, quæ & ante & post acceptum commemorat panem. Quare non potuit commodè aliquid ex hac narratione Luca in Concordia poni ante pedum lotionē, post quam etiam fieri potest, quod Dominus dixerit de agno paschali: Desideraui hoc pascha manducare vobiscū, etiamsi iam ante lotionem fuerat comestus. Ideo enim hoc pascha tanto opere se dicebat desiderasse, quod gauderet iam aduenisse tempus, quo veteri

abro

abrogato iam paschate, noua suis mysteria pro fidelium omnium salute commendaret. Ex his ergo patet satis, ratio ordinis huius capituli, ex quibus etiam constare potest, nihil esse contrarietatis inter Euangelistas, quanquam Matthæus & Marcus testentur Iesum manducantibus Apostolis accepisse panem, Lucas verò sicut & Paulus, calicem dicat accepisse postquam cœnauit. Inter cœnandum enim instituta fuit eucharistia, cum iam rursus mense accubissent, sed post cœnam paschalem & esum agni legalis, atque ob id post cœnam Lucas cum Paulo dixit calicem à Domino porrectum.

In caput. CXXXII.

**V**ariè ab Euangelistis narratur, quid post proditiōnis prædictionē cōtigat, at varia hæc narratio, quomodo in aptum possit redigi ordinē, indicat ipsius Concordiæ contextus. Verisimile enim discipulos cum hanc Domini (quæ sciebant non posse mentiri) audissent asseuerationem, primum quidem, ut habet Iohannes, sese mutuo aspexisse, hæsitantes de quo diceret, & ex vultus mutatione deprehendere cupien-

Z 6 tes

tes eū, qui sibi malè esset cōscius. Cumq̄  
 hac ratione non possent quicquam de-  
 prehendere, quòd impudenti constan-  
 tia conceptum crimen Iudas dissim-  
 larct, tū verisimile est accidisse id, quod  
 narrant Matthæus & Marcus, nempe  
 quòd discipuli contristati cœperunt sin-  
 guli rogare Dominum dicendo. Nun-  
 quid ego sum Domine? Idq̄, ideo, quia  
 quanquam sibi bene essent conscy, ta-  
 men metuebant ne sibi ipsi parū essent  
 cogniti, non audentes suæ fidere con-  
 scientiæ, sed cupientes Domini iudicio  
 à metu liberari, & rursum quia quis-  
 que cupiebat testimonio Domini suam  
 conscientiam alijs esse probatam, ut à  
 criminis illius liber esset suspitio.  
 Cū autē, nec hac etiam ratione de-  
 prehenderetur tanti sceleris auctor, tū  
 conuenienti ordine rectè intelliguntur  
 tertio inter sese cœpisse querere, quis  
 esset quem Dominus notabat, ut ha-  
 bet Lucas, si fortè per mutuā collatio-  
 nem, ex signis quibusdam & coniectu-  
 ris, intelligere possent proditiōis autho-  
 rem. Cūq̄ nec hoc modo illum depre-  
 henderent, ut erat minimè suspiciosus  
 & simplex Apostolorum animus, &

flu-

studiose testu Iudæ hypocritis, tum de-  
 mùm id accidit, quod habet Iohannes,  
 ut sibi recumbenti in sinu Iesu, ob ni-  
 mum dolorem conceptum ex prædi-  
 ctione mortis & proditiōis, Petrus in-  
 nueret, & ad querendum de proditiō-  
 nis auctore, instigaret.

In caput. CXXXIII.

**P**ost ea quæ ex Iohanne sunt posita  
 in fine capituli præcedentis, illa quæ  
 apud Iohannem sequuntur usque ad  
 finem cap. 13. clauduntur prædictione  
 negationis Petri. At ante hæc, post præ-  
 dictionem proditiōis, Lucas interferit  
 contètionem Apostolorum pro prima-  
 tu. Hanc ergo ex Luca oportebat inse-  
 rere, inter verba Domini à Iohanne  
 descripta. Cæterum prædictionem ne-  
 gationis Petri, omnes quidem scribunt  
 Euangelistæ, sed non omnes eodem lo-  
 co, neque ex eadem sermonis occasione  
 ad eam commorandam veniūt. Mat-  
 thæus enim & Marcus, postquam Do-  
 minum dicto hymno exiisse in montem  
 Oluarum scripserunt, subnectūt præ-  
 dictam à Domino trinam Petri nega-  
 tionem. Lucas verò & Iohannes eam  
 describunt, priusquam Dominum do-

mo exiſſe commemorent. Nec videtur commodè dici poſſe, aut illos duos recapitulando ea poſuiſſe, aut iſtos præoccupando, quia Matthæus ſic negationis prædictionem ſubiungit poſt exitū Domini, ut ſignificare videatur ordinem, cum dicit, Tunc dixit illis Ieſus. Iohānes verò hanc prædictionem factam ante exitum ſignificat, cum poſtea ſubiungat Dominū dixiſſe: Surgite, eamus hinc. Iam præterquam quòd non eodem loco hæc narrent prædictionē Matthæus & Marcus, quo Iohannes & Lucas, etiam diuerſas à Iohanne & Luca præmittunt Domini ſententias, quibus permotus Petrus illā protulit præſumptionē, vel cum Domino, vel pro Dño moriendi, cuius occasione Dominus illi prædixit trimam ſui negationem: Nec Matthæus tantū & Marcus diuerſas à Iohanne & Luca præmittunt huiusmodi ſententias, ſed & Lucas diuerſas præmittit à Iohanne, ut patet ſingulorum legēti ſeorſum narrationem. Itaq; ob has rationes ſunt pleriq; qui cū Auguſtino ſentiunt ter Petrum expreſſiſſe præſumptionē ſuam diuerſis locis ſermonis Chriſti, & ter illi à Domino reſponſam

ſum quòd ante gallicatū ter eū eſſet negaturus, ſicut ei poſt reſurrectionem ter reſpondenti, quòd Dominum amaret, ter à Domino mandatum eſt ut oues eius paſceret, ut alia ſit prædictionis negationis, quæ eſt apud Iohānem, alia quæ apud Lucam, & poſtremum alia quæ apud Matthæum & Marcū. Sic autem D. Auguſtinus hanc ſententiā putat probabiliorem eſſe, ut tamen nō rejiciat eam concordandi Euangelistas rationem, ſi inueniri poſſit, qua omnium narrationes in unum redigantur, & demonſtretur ſemel Dominum Petro prædiſſe, quòd eum ter eſſet negaturus. Talem autem rationem indicat Concordia, quæ ratio Euangelistas redigendi in unum ut eſt commoda, ita eſt plauſibilior altera illa conciliandi Euangelistas ratione, quamuis ea videatur facilior. Si enim obſeruauerimus Euangelistarum morem, licebit deprehendere frequēter, eos cum idem unumque ſunt narraturi, diuerſa occasione ad eum peruenire narrationem, diuerſam tamen hanc narrationem redigi poſſe facile in unum, ſi quæ ab uno ſunt prætermiſſa, ex alijs addantur

dantur & interseratur dictis alterius. Sanè si secundum aliorum sententiam, Dominus Petro ante exitum è domo prædixit negationem, semel ut est apud Iohannem, & secundo ut apud Lucam, intoleranda planè erat Petri præsumptio, qui post tertiam illam negationis prædictionem, quæ est apud Matthæum & Marcum, & creditur facta post exitum, ausus est adhuc dicere: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Id enim eum dixisse Matthæus & Marcus commemorant. Plausibilior ergo est, siue spectemus Euangelistarum morem, siue Petri erga Dominum reuerentiam, e ratio qua Euangelistarum narrationes in unum rediguntur, quam & Armonius est secutus. Cùm autem ex Iohanne constet satis prædictionem negationis factam in domo, cui & Luca Concordat narratio, eaq; negationis prædictio à Iohanne & Luca subiungatur his, quæ in Concordia proxime sunt ex Iohanne & Luca posita, necessarium fuit eam nunc in Concordia ponere post discipulorum contentionem, & Matthæi ac Marci narrationem recapitu-

lando

lando scriptam, tam suo loco coniungere narrationi Iohannis & Lucæ. Non enim (quia postquam Matthæus dixisset: Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti, subiicit: Tunc dixit illis Iesus) consequitur negationis prædictionem, quam ibi prosequitur, contigisse post exitum. Frequenter enim Matthæus aduerbium Tunc sic ponit, ut non ordinem dicendorum, cum ijs quæ mox sunt dicta significet: sed simpliciter sit idem, quod in illo tempore, ac temporis alicuius demonstrat latitudinem. Sic & hoc loco dicens Tunc dixit illis Iesus, significare tantum voluit, quod in illo tempore, in ultima scilicet nocte illa Dominus hæc dixerit discipulis, non autem quòd post exitum dixerit, quæ ante exitum dicta patet ex Iohanne.

In caput. CXXXIII.

**E**X eo quod in fine huius capituli dicit Dominus: Surgite, eam<sup>9</sup> hinc, intelligitur à plerisque, ipsum cum suis mox post hæc verba exisse, antequàm subiungeret reliqua, quæ apud Iohannem tribus sequuntur capitibus. Iuxta quam sententiam post hæc verba ponendum fuisset in Concordia, ex Mat-

theo

thæo & Marco . Et hymno dicto exierunt . Verùm huic sententiæ multũ ob stare videtur , quod in principio ca.ii. dicit Iohãnes : Hæc cum dixisset , egressus est trans torrentẽ Cedron . Sũt quidem aliqui , qui secuti Chrysostomũ intelligũt Dominũ illo quod dixit : Surgite , eamus hinc , prouocasse suos ut e loco in quo cœnauerant transfrent ad alium locum tutiorem , in quo omni deposito metu , quo iam tenebantur Apostoli , tranquillo animo audirent , que adhuc erat dicturus , q̄ magna essent audituri , quæ animum requirerent liberum : prouide quod postea dicit Iohãnes Dominum cum suis egressum , intelligunt de egressu ex eo loco in quem illos transtulerat , antequam cum eis transfret per torrentem Cedron in montem Oliueti . Verũ magis est verisimile Dominũ cum diceret , Surgite eamus hinc , prouocasse suos ad eundum in illũ locũ ubi erat capiendus . Hoc enim certũ est significari secũdũ eã distinctionẽ qua hæc verba coniunctim leguntur cũ superioribus secũdã quã sensus est : Quis nihil in me iuris habeat diabolus , tamẽ ut cognoscat mũdus , q̄ diligã patrem ,

et q̄ sic faciam sicut madauit mihi pater , ideo surgite , & eamus hinc obuiam satellitibus eius . Atq̄ hæc quidem distinctio , ut probatur à D . August. & Nonno auctore græco vetustissimo , ita est conuenientior , quod secũdũ aliorum distinctionem , qui hæc verba , Surgite , eamus hinc , separant à præcedentibus , necessum sit aliquid in præcedentibus subintelligere pro sententiæ absolute . Caietanus vult reliquum Christi , qui apud Iohannẽ sequitur sermonem habitum in via , priusquã Dominus transfret torrentem Cedron , unde notat Iohannem non absolute dixisse , Hæc cũ dixisset , egressus est , sed egressus est trans torrentẽ , hoc est ut ipse intelligat , transiit torrentẽ . At nec hic intellectus est conueniens . Absurdẽ enim intelligitur egredi trans torrentẽ , idem esse quod transire torrentem , nec conuenienter dicitur intẽpesta nocte in plateis Hierusalem , & inter eundum tã celebrem sermonem Dñm habuisse , qui à . 12 . secum ambulantibus egrẽ sic potuisset intelligi . Prouide magis est verisimile etiam reliquũ sermonem habitũ in domo in qua fuit cœnatum . Cũ enim

enim Iohan. postea dicat egressum De  
 minum, non aliunde egressum reliquit  
 intelligendum, quam ex eo loco in quo  
 prius eum significauit fuisse. Non si-  
 gnificauit autem alium locum, quam  
 eum in quo cœna facta est, & pedum  
 ablutio. Ex illo ergo egressum reliquit  
 intelligendum. Nam si post ea uerba,  
 Surgite, eamus hinc, uoluisset nos intelli-  
 gere Dominum mox in alium abissi-  
 se locum ex quo egressus fuisset, postq̃  
 quæ sequuntur dixisset, debuisset utiq̃  
 locum aliquẽ talem indicasse, quo nar-  
 ratio eius posset constare. Nec quia di-  
 xit Dominus: Surgite eamus hinc, in-  
 telligendum est Dominum mox abissi-  
 se, sed cum hætenus discumbens fuisset  
 locutus, probabiliter creditur iam sur-  
 rexisse, & stando nouum ad suos re-  
 sumpsisse sermonem. Certè D. Augu-  
 stinus lib. de consen. Euan. 3. cap. 3. de-  
 clarat se intellexisse etiam sequentem  
 sermonem, & orationem Christi ad pa-  
 trem, contigisse in domo, dum omnium  
 Euãgelistarum narrationes in unum  
 contexens, post omnia quæ scribit Ioh-  
 hannes à Domino dicta usq̃ ad cap. 18.  
 collocat ex Matthæo & Marco illud:

Et

Et hymno dicto exierunt. Hanc ergo  
 sententiam tanquam probabiliorẽ  
 secuti sumus in Concordia.

In caput. CXXXVII.

Circa hoc caput imprimis notan-  
 dum est, quòd cum Matthæus &  
 Marcus, apertè testentur Dominum  
 ter patrem orasse, & ter suos inuisisse,  
 Lucas prætermisit quoties orauerit &  
 suos inuiserit, dicens tamen quòd illi  
 tacuerunt, nimirum orantem ab an-  
 gelo confortatum, & prolixius orantis  
 sudorem fuisse sanguineum. Hæc au-  
 tem omnium sententia uerissimiliter  
 creduntur in tertia ipsius contigisse ora-  
 tione. Neque enim rationi est consen-  
 taneum, in prima oratione Dominum  
 ab angelo confortatum, & postea ite-  
 rum atque iterum deprecatum, immi-  
 nentem mortem contra angeli sugge-  
 stionem, Dei patris uoluntatem annũ-  
 tantis. Et tamen quòd apud Lucam  
 sequitur: Et cum surrexisset ab oratio-  
 ne, & uenisset ad discipulos suos, in-  
 uenit eos dormientes, & ait illis: Quid  
 dormitis? Surgite, orate ne intretis in-  
 tentationem, non uidetur commode  
 intelligi posse post tertiam factum ora-  
 tionem,

tionem, sed post primā, post quam nar-  
rant Matthæus & Marcus, Dominum  
suos de somnolentia arguisse, & ad ri-  
gilantium ac orationem excitasse, cum  
post secundam significent eum ad suos  
reuersum siluisse, post tertiā verò som-  
num eis etiam permisisse. Quod enim  
dicit: Dormite iam & requiescite, non  
esse sic accipiendum, tanquam ab ex-  
probrante non à permittente sit dictum,  
rectè colligit D. Augustinus, ex eo quod  
Marcus hoc ita commemorauerit, ut  
cum dixisset, Dormite iam & requie-  
scite, adiunxerit, Sufficit, inferēs dein-  
de, Venit hora, ecce tradetur filius ho-  
minis. Hinc enim intelligitur post illud,  
Dormite iam & requiescite, siluisse  
Dominū aliquantulum, ut hoc fieret  
quod permiserat, & tunc intulisse, Ec-  
ce appropinquauit hora. Itaque his mo-  
ti rationibus Lucæ narrationem in Cō-  
cordia immutauimus, id post primam  
Domini orationem collocantes, quod  
ab eo narratum est post ea quæ in ter-  
tia verisimile est contigisse oratione,  
cui ordini non repugnat Lucæ narra-  
tio. Non enim dicit: Et cum surrexisset  
ab hac oratione, sed tantum, Et cum

sum-

surrexisset ab oratione. Hunc ordinem  
secutus est & Ammonius in sua Con-  
cordia. Iam & illud est admonen-  
dum, quod Matthæus, Marcus & Lu-  
cas Iudam scribant Dominum Iudæis  
osculi signo prodidisse, & monstrasse,  
Iohannes verò Dominum scribit seip-  
sum Iudæis indicasse. Atque hīc qui-  
dem dubium est utrum prius, utrum  
posterius accidit, Osiander enim Iohan-  
nis narrationem ante aliorum collo-  
cat. D. Augustinus autem, Ammonius,  
& alij post eos prius sentiunt Iudam  
Christum osculo demonstrasse, & qui-  
dem conuenientius. Quorsum enim o-  
pus erat Iudam osculo monstrare Ie-  
sum, qui quærebatur, cum ipse iam se-  
ipsum semel & iterum Iudæis indicaf-  
set, eisq; se capiendum tradidisset? Ve-  
risimile itaque Iudam antecedentem  
Iudæos, ut habet Luc. 22, iuxta pacti sui  
conditionem prius osculatum fuisse Ie-  
sum, ac tū redisse ad suos, ita ut Chri-  
sto procedente ad Iudæos staret tam Iu-  
das cum Iudæis, sicut refert Iohannes.  
Hanc ergo sententiam, ut receptiorem  
& verisimiliorem in Concordia sumus  
secuti.



In caput. CXXXVIII.

**M**atthæus, Marcus & Lucas, In sum iam comprehensum testatur deductum ad principem sacerdotum, hunc autem fuisse non Annam, sed Caipham aperte expressit Matth. Itaque cum deinceps tres illi narrant terram Petri negationem factam in domo principis sacerdotum, nemo qui illos tantum legit, dubitare posset facile, quin in domo Caiphæ omnes tres Petri crederet contigisse negationes. Iohannes autem meminit Dominum primum ductum ad Annam socerum Caiphæ, qui erat pontifex anni illius, & primum ab Anna dicat missum ad Caipham subijcit tunc negationem Petri primam, inde interrogationem Pontificis de discipulis & doctrina Domini. Post quod cum ita subiungat: Et misit eum Annas vincitum ad Caipham pontificem, vulgò creditum est ab Anna Domini de discipulis suis & doctrina interrogatum, & apud eum saltem prima negatione Petrum negasse Dominum, unde sibi postea plerique negotium extrahuerunt, quomodo narrationes reliquorum Evangelistarum cum narra-

tione

narratione Iohanne conciliarent. Verum sciendum est, quod sicut ab alijs Evangelistis princeps sacerdotum singulari numero non dicitur nisi Caiphæ, qui solus verè tunc erat princeps sacerdotum, ita & à Iohanne non vocatur Pontifex (est autem apud Græcos in Iohanne pro nomine Pontifex eadem dictio, quæ apud alios pro principe sacerdotum, nempe ἀρχιεπίσκοπος) nisi is qui solus tunc erat singulariter Pontifex, nempe Caiphæ: Non enim Annam vocat pontificem, sed eum dicit fuisse socerum Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Cum ergo subiicit quædam apud pontificem gesta, sanè apud Caipham hæc gesta esse satis intelligendum reliquit, ad quem sermone delapsus, cum eus meminisset, narrat simul quæ apud illum acciderunt, priusquam meminisset Dominum ad ipsum ab Anna perductum. Post aliqua autem quæ gesta apud Pontificem memoravit, interiecit illud: Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. At id non est sic accipiendum, quasi prosequatur Iohannes ordinem rerum gestarum, sed quoniam nondum dixerat ab Anna ad Caipham

A a Do-

Dominum perductum, ut intelligeremus qui factum sit ut apud Pontificem gererentur quae memorauit, recapitulando illud subiecit: quod graeca magis indicant, quae non habent coniunctionem Et, ut nos legimus, Et misit eum Annas, sed sine coniunctione, Misit enim Annas ligatum ad Caipham pontificem. Ex Cyrillo, ut is habetur Latinus, colligere licet quaedam apud Iohannem in Graecis & Latinis simul desiderari codicibus, quae si addantur, nullum erit dubium, quin omnia quae apud Pontificem gesta describit, de Caipha sint intelligenda, & omnes Petri negationes in eius domo acciderint, sicut ex alijs nemo dubitauerit Euangelistis. Legit enim ille in hunc modum: Cohors ergo, & tribunus, & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim socer Caiphae qui erat pontifex anni illius. Et interiecto commentario subiicit, Miserunt autem ad Caipham pontificem. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudaeis, &c. Cum ergo postea subiicit Iohannes, Et misit eum Annas ligatum ad Caipham

pon

pontificem, non ordinem gestorum prosequitur, sed ad gradum reuocat orationem, ut id quod caeperat de negatione Petri, perficiat, id quod Cyrillus aperte indicat his verbis: Quasi currentem equum, narrandi progressum Euangelista utiliter reuocat, & ad priora rursus orationem reducit. Quare sic? quia negationem Petri tertio factam exponere voluit. Repetit ergo breuiter, & missum ab Anna Iesum, ad Caipham iterum dicit. Haec ille. Itaque cum ex Cyrilli lectione certum sit omnia apud Caipham gesta, quae apud Pontificem Iohannes gesta memorat, idemque ut intelligamus non aliorum solum trium Euangelistarum narratio satis aperte exigat, qui significant in Caiphae domo omnes tres Petri contigisse negationes, sed & ipsius Iohannis narratio, qui in toto suo Euangelio nomen Pontificis singulari numero solum tribuit Caiphae, hanc sententiam non solum tanquam probabilem, sed tanquam certam, apud eos saltem qui receptum vulgo errorem non statuerunt pertinaciter defendere, secuti sumus in Concordia.

## CONCORDIAE

In caput. CXXXIX.

**C**irca hoc caput, in quo tres Petri negationes simul congesimus, primum admonendum quod Iohannes quidem cum in domum pontificis Petrum deduxisset, primam eius narrat negationem, ac tum priusquam reliqua duas profequatur, interferit Pontificis interrogationem de doctrina & discipulis Christi. Matthæus autem & Marcus, cum narrassent Petrum enim Christum usque in atrium secutum, atque inter ministros ad ignem sedisse, memorant prius quæ cum Domino Pontifex, & concilium egerint, atque inde Petri negationes omnes tres simul ordine exponunt. Lucas vero primum omnium Petri negationes tres, & postea quæ Dominus passus fuerit à ministris atque à concilio. Itaque quoniam non licuit in Concordia omnium Evangelistarum seruare ordinem, nisi eadem frequentius ponerentur, nec alicuius Evangelistarum ordo conuenientior erat quam Matthæi & Marci, hunc secuti sumus in Concordia, quæ Iohannes de prima Petri negatione memorat ante Pontificis interrogationem, & Lucas de

## RATIO.

de tribus eius negationibus ante ministrorum illusionem, post illa ponentes. Iam quomodo tres illæ Petri negationes, tam varîe ab omnibus Euangelistis narratæ, ut ob narrationis varietatē plerique existimauerint Petrum non ter solum, sed sæpius Dominum ante gallicinium negasse, in ordinem redigi possint satis indicat Concordiæ contextus. Narrationis enim illa diuersitas, ut nullam includit aduersitatem, ita nec negationis pluralitatem necessariè arguit, sed tantum quod in singulis negationibus quidam Euangelistæ aliqua alijs dixerunt explicatus, aut ab alijs prætermissa narrauerunt. Singulis enim satis fuit aliquam in singulis Petri negationibus occasione negandi afferre, cum in singulis potuerint esse, & ut ex eorum narrationibus apparet, vere etiam fuerint diuersæ negandi occasiones, cum in singulis negationibus fuerint, qui de Petro prius loquebantur alijs, & deinde qui ipsum alloquebantur Petrum. Iam quod in duabus negationibus posterioribus, quidam Euangelistæ dicant pluraliter quosdam de Petro vel ad Petrum locutos, alijs sin-

gulariter quendam, aut per synecdoches figuram conciliari potest, qua numero plurali frequenter utimur pro singulari, aut intelligendum est unius tantum factam mentionem, quod inter multos esset præcipuus, quem alij secuti, simul Petrum urgebant.

In caput. CXL.

**L**ucas cum iam dies esset factus, Dominum scribit à concilio interrogatum si esset Christus. Matthæus autem & Marcus eandem interrogationem, & Christi similem ad eam responsionem commemorant inter describendum ea quæ nocturno cõtigerunt tempore, proinde ut hos cum Luca conciliaret D. Augustinus, existimat Matthæum & Marcum per præoccupationem illud narrasse. At nos in Concordia diuersam secuti sumus sententiam, qua plerique probabiliter putant à Domino hanc propositam quæstionem, semel nocturno tempore à principe sacerdotum Caipha, Dominum ad multa tacentem, adiuratione ad loquendum urgente, sicut cõmemorant Matthæus & Marcus, & rursus iam die illucescente à concilio iterum collecto  
sicut

sicut narrat Lucas. Quod enim etiam ante exortum diei nocte hæc quæstio Domino fuerit proposita, vel ex eo satis probari potest, quod occasione responsionis Christi ministri cœperint ei illudere, exprobrantes ei nomen Christi, quod scilicet sibi vendicauerat. Tunc, inquit Matthæus, expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt dicens: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. Hanc autem illusionem nocte accidisse nemo facile negauerit, omnibus tribus Euangelistis id satis significantibus, maxime cum Marcus dicat summos sacerdotes cum scribis, cum mane concilium fecissent, confestim uinctum Iesum tradidisse Pilato.

In caput. CXLII.

**I**n capita. 141. 142. & aliquot sequentia nihil magnopere est quod ad Concordiæ rationem attinet, admodum, quod ipse contextus variam Euangelistarum narrationem in conuenientissimum redigat ordinem, ita ut hinc admirari liceat sapientissimum Spiritus sancti (cuius organa fuerunt Euangeli-

ſta Iopificium, dum non ſolum varia ipſorum narrationes optime in unum coeunt, ſed etiam ad inuicem collate & coniunctæ ſeſe mutuò elucident & abſoluant, cum alioqui in ſingulis Eua- geliiſtæ aliquid deſideretur quod ad ple- nam faciat intelligentiam. Quis enim non miraretur quomodo ſecundum nar- rationem Matthæi, Marci & Iohānis, præſes Pilatus Dominum interrogaffet num eſſet rex Iudæorum, niſi ex Luca intelligeremus prius cū alijs de hoc Do- minum fuſſe à Iudæis accuſatū? Rur- ſum quis non miraretur, quomodo Lu- cas ſcribat Pilatum, cū audiſſet Do- minum fatentem ſe regem eſſe Iudæo- rum, mox dixiſſe Iudæis: Ego nihil in- uenio cauſæ in hoc homine, niſi ex Iohanne intelligeremus Chriſtum, cū ſe regem diceret Iudæorum, addidiſſe quedam unde intelligebat Pilatus à regno Chriſti nihil Romaniſ metuen- dum, & ob id nullam ſibi eſſe cauſam occidendi Ieſum ob regnum ſibi ven- dicatum? Idem in alijs multis oſtende- re liceret, niſi breuitati ſtudenti eſſet. Illud tamen paucis, circa cap. 142. mo- nendum eſt, quod cū Iohannes aper-

tè teſtetur Chriſtum, antequam à Pi- lato cruci adiudicaretur, flagellatum fuiſſe & coronatum, Matthæus autem & Marcus Chriſti flagellationem, & coronationem deſcribant, poſt datam crucifixionis ſententiam, idq̄ non ſine ordinis ſignificatione (Matthæus enim poſtquam dixiſſet Chriſtum à Pilato cruci additum, ſubijcit: Tunc milites præſidis placentes coronam de ſpinijs, poſuerunt ſuper caput eius) hinc qui- dam (inter quos Oſiander) bis Domi- num flagellationem, & coronationem paſſum exiſtimant, Matthæi & Mar- ci narrationem à Iohannis ſeparātes, tanquam diuerſam ab ea. At nos in Concordia D. Auguſtini, receptiorem ſententiam ſequi malumus, Matthæū & Marcum, illa per recapitulationem ſcripſiſſe exiſtimātes: maximè cū & aliās nonnunquā, Matthæus aduerbio Tunc ſic utatur, ut non ordinē geſto- riū deſignet, ſed tantum tēporis alicuius latitudinem, quemadmodum diximus circa prædictionem negationum Petri.

In caput. CXLIII.

**I**N hoc capite monēdum, non potuiſſe Ines, ordinem narrationis omnium

Euangelistarum seruire in Concordia, quod eadem describentes, non eodem omnia referant ordine. Nec mirum cum talia sint, quorum ordinem scire nihil referat, imò quæ ordinem nõ habuerunt, ut quæ simul gesta sunt referantur similiter. Matthæus enim & Marcus primùm vestimenta diuisa, tum titulum scriptum, deinde latrones crucifixos fuisse narrant. Lucas autem primùm latrones, postea vestes, tertio titulum commemorat. Itaque quoniam omnium ordinem tenere non licuit, Iohannis in narrando ordinem secutus sumus, qui primùm crucifixorum latronum, secundo tituli, ac tertio vestimentorum meminit. Ut enim & alijs, semper Iohannes præ alijs historie seruauit ordinem, ita & hic ordo est maximè consentaneus nature rerum. Est & alius hoc loco scrupulus, ad Concordiam pertinens Euangelistarum, nempe quomodo Marcus hic dicat: Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum, cum Iohannes dicat, fuisse horam ferme sextam, cum Pilatus in loco qui Lithostrotos dicitur, pro tribunali sederet Iesum damnaturus. Absurdum enim

enim videtur, hora tertia fuisse crucifixum, qui, cum esset hora ferme sexta, nondum erat à iudice damnatus. Omissis autem causa breuitatis, varijs diuersorum sententijs, simplicissima ratio soluendæ huius difficultatis apparet, si quemadmodum noctem in quatuor vigilis, ita diem in quatuor horis, siue stationes diuisum esse in Euangelio aduertimus. Quarum prima incipiat à diluculo, & duret usque ad horam diei tertiam, voceturque primùm mane, seu mane simpliciter. Secunda autem, incipiat ab hora tertia, & duret usque ad horam sextam, voceturque hora tertia, quod à tertia initium sumat. Tertia verò pars, simili ratione dicatur sexta, & quarta itidem vocetur nona, vel vespera. Ad hunc enim modum, diem Iudeis diuidi solitum, parabola de patrefamilijs operarios in vineam suam conducente, clarissimè indicat. Itaque iam pulchrè cõsentiunt Euangelistæ, qui prius dissentire videbantur. Nã quod Iohannes ait fuisse ferme horam sextam, cum Pilatus sederet pro tribunali, satis indicat nondum fuisse horam sextam. Fuit igitur adhuc

hora tertia, siue statio secunda, hoc est ea pars diei, quæ est inter horam tertiam & sextam. Nihil igitur mirum, si tum cum Christus crucifigeretur, nondum fuerit hora sexta, sed adhuc fuerit hora tertia, quæ finienda non erat, nisi hora facta iam sexta. Re igitur vera, Christus à militibus hora tertia fuit crucifixus, quia sexta nondum aduenerat, quod ex Matthæo & Luca etiã est apertißimum, qui, cum Marco post descriptam Christi illusionem, & alia quædam, dicunt à sexta hora factas tenebras super terram, quibus existentibus non est verisimile, aut milites durissime vestimenta, aut variã illã Christo accidisse derisionem. Re vera etiã Pilatus fermè circa sextam pro tribunali sedit, quia tertia iam tum maiori ex parte fuerat elapsa. Hanc sententiam etiã passionis historia confirmat, quia in ea nominatim diluculi, tertiæ, sextæ, & nonæ horarum fit mentio, cum de reliquis inter illas habentibus omnino taceatur. Ex his patet primùm Christi, plusquàm tres horas viuum pependisse in cruce, cum ante horam sextam ea Christo in cruce pendente contingerint,

quæ

quæ de militibus & varijs Christum irridentibus Euangelistæ scripserunt. Patet secundò illud, quod Iohannes dicit Fuisse horam fermè sextam, cum Pilatus sederet pro tribunali, non eodem modo accipiendum, quomodo quod Lucas dicit fuisse horam ferè sextam, cum iam Christo in cruce pendente, tenebræ orirentur super terram. Iohannes enim horam ait fuisse fermè sextã, cum proculdubio hora una vsualis aut amplius, abesset à sexta. Tantundem enim temporis intercedere necesse erat, ut eo tempore intelligatur Christus cõdemnatus, ad crucem ductus, crucifixus, & derisus, in cruce pendens. Lucas verò id dicit, quod iam omnino instaret hora sexta, aut etiam, quòd iam sexta aliquandiu præterisset, ut horam fuisse ferè sextam dicat, quòd circiter sextam fuerit, sed ultra. Marcus enim dicit: Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt. Iam ne quis miretur, cur Iohannes Christo, nec dum iudicato, sed iam iam iudicando, dicat fuisse ferè sextam horam, cum ex alijs Euangelistis cõstet longè adhuc abfuisse sextam, obseruanda est ratio, quæ Iohannem ad

hoc scribendum commouerit. Sic enim, si diligenter & attentè legatur, deprehendetur Christi passionem descripsisse, ut significare uoluerit eum fuisse uerum agnum paschalem, per typicum agnum designatū. Ideo enim solus ipse in pasceue paschæ, quando Iudæi sunt erant agnum immolaturi, Christum scribit à Iudæis occisum, cum alij postridiè immolationis agni paschalis Christum crucifixum testentur. Ideoque & illud, Os non comminuetis ex eo, quod ad literam de typico dictum fuit agno, Christo applicat, in eoque impletum asserit. Itaque & horam dicit fuisse ferè sextam, cum Christus iam esset iudicandus, quo ueritatem suæ figuræ conuenire insinualet: quia die declinante, & uespera appropinquante, Iudæi suum pascha immolare iussi fuerant. Tunc ergo ad uerum agnum immolandum, eos significat se iam parauisse, cum de typico suo agno immolando, secundum legem cogitare debuissent. Iam nec illud uideri debet dissonantiam aliquam inter Euangelistas facere, quod Matthæus quidem, postquam Dominus clamasset Eli, militi acetum offer-

re paranti, dictum ab alijs scribit: Sinite, uideamus an ueniat Elias liberans eum. Marcus uerò ipsum qui obtulit, dixisse alijs scribit: Sinite, uideamus an ueniat Elias liberans eum. Verisimile enim utrunque contigisse, & alios scilicet acetum offerre paranti, cuius haustu mors accelerari dicitur, prohibuisse, ne hoc faceret, ut expereretur num uenturus esset Elias, atque ob id dixisse: Sinite, hoc est, omite & cessa: & ipsum quoque qui obtulit acetum cum ab alijs prohiberetur dixisse eis: Sinite, hoc est permittite, eò quod forte metueret, ne fitis antequam adueniret, Elias ipsum enecaret. Quanquam, ut uerum fatear, uideri possit litera apud Marcum esse corrupta, eò quod is non alia ferè scribat quam Matthæus, idque maxime in historia passionis Christi. Itaque dum considero Marcum in historia passionis, non solum eadem eodem ordine cum Matthæo scripsisse, sed etià eiusdem penè uerbis, facile crediderim ipsum pro eo quod in græcis legitur codicibus λέγων ἄφειρε, scripsisse ἔλεγον ἄφειρε, & addidisse, ut est apud Matthæum οἱ δὲ λοιπῶν, aut cōiunctionē κ, ut



## CONCORDIAE

sensus sit : Cæteri verò dicebant, Sine.  
aut. Et dicebāt, Sine. Inter αἰώνων enim  
& αἰώνων parum est discriminis.

### In caput. CXLV.

**I**N historia resurrectionis dominice,  
in qua plerique pro Euangelistarum  
Concordia laborauerunt multum: pri-  
mū illud occurrit, quomodo Matthæus  
in vesp̄era sabbathorum, dicat venisse  
mulieres ad videndum sepulchrum,  
cūm reliqui dicant, matutino eas tem-  
pore adisse sepulchrum. Auget diffi-  
cultatem, quòd Matthæus vesp̄eram  
sabbathi, lucefcere in primā dicat sab-  
bathi. Quomodo enim vesp̄era dicitur  
lucefcere, cūm potius noctescere dicen-  
da sit? At similis est difficultas (quod à  
nemine puto est animaduersum) apud  
Lucam, ex quo tamen absurda illa in  
speciē apud Matthæum locutio, in qua  
explicanda varia diuersi sentiunt, si-  
cile intelligi posse videtur. Lucas enim  
cūm dominicam descripsisset sepultu-  
ram, subiicit: Et dies erat parasceues,  
& sabbathum illucefcabat, ubi pro il-  
lucefcabat Græcis verbū est, unde est  
apud Matthæum participiū, ἠνιψου-  
νοῦον, id est quæ illucefcit. Iam si illu-  
cesce

## RATIO.

cescere est noctem desinere, & lucem  
per exortum solis fieri, ut ex se verbū  
ipsum significat, quorsum Lucas, post-  
quam dixisset diem fuisse parasceues,  
subiicit, Et sabbathū illucefcabat? Non  
enim sabbathum, quod diem parasce-  
ues sequebatur, à luce aut diluuiō in-  
cæpit, sed à vesp̄era, ut notissimum est,  
dicente scriptura: A vesp̄era vsque in  
vesperam celebrabitis sabbatha ve-  
stra. Et luce sabbathi exorta non con-  
tingerunt, quæ apud Lucam sequuntur,  
sed vesp̄era parasceues, quæ sabbathi  
fuit initium. Sequitur enim, Subsecu-  
tæ autem mulieres, quæ cum eo vene-  
rant de Galilæa, viderunt monumen-  
tum, & quemadmodum positum erat  
corpus Iesu. Et reuertentes parauerūt  
aromata & unguenta. Quæ omnia  
certum est, non in sabbatho, sed in ve-  
sp̄era parasceues cōtingisse. Apparet er-  
go illucefcere apud Lucā, phrasi qua-  
dam noua positum esse, pro diem inci-  
pere, loquendo de die naturali, viginti  
quatuor complectente horis, quæ secū-  
dū legem, incæpit apud Hebræos à  
vesp̄era, ut sensus sit, Sabbathum illu-  
cescebat, hoc est, sabbathi dies iam ad-  
uentā-

uentabat, iam aderat prope eius principium. Quod ob id scripsit Lucas, ut intelligeremus, quare mulieres, de quibus subiicit, non expleuerint, tunc summi in unguendo Iesu desiderium, quod si licet religio sabbathi incipientis eius prohiberet. In hunc modum, si idem verbum Lucefcere accipiatur apud Mattheum, nihil est absurditatis aut obscuritatis in eius sermone. Vespera enim sabbathi, quae praecedens sabbathi fuit finis, lucefcere dicitur in primam sabbathi, quia principium fuit primae diei sabbathi, hoc est hebdomadae. Et ne quis miretur nimis hunc nouum loquendi morem, quo dies aliqua lucefcere dicitur, cum incipit etiam si à nocte incipiat, sciendum Hebraeis dictionem  $\text{לָאֵרֶבֶת}$ , quae cum est nomen, proprie lucem significat aut mane, principium scilicet diei: cum verò est verbum, significat lucefcere, significat etiam principium noctis. Nam in libro Thalmudico, qui פסחים Pesachim inscribitur, in hac significatione occurrit in principio. Sic enim incipit:  $\text{אֵין לַאֲרֶבֶת עֲשֶׂה בְּזֶדְקִין אֵת הַפֶּמֶץ לֵאמֹן הַבֵּן}$ , id est, Luce decimiquarti,

quirunt fermentum ad lumen lucerne. Vbi Thalmudici doctores, teste Ofiandro, longo & odiofo certamine digladiantur, de significatione dictionis  $\text{לָאֵרֶבֶת}$ . Et concludunt tandem significare initium noctis, & rectè quidem, sed ita ut eodem teste, causam huius significationis non videatur cognouisse. Vnde iocum nò infestiuum profert Iudaei cuiusdam, qui cum studium Thalmudicum rixosissimum, vix dum degustatū dereliquisset, causam interrogatus, respondit se non capere eam sapientiam, in qua  $\text{לָאֵרֶבֶת}$  nocte designaret, cum proprie lucem significet & diluculum. Causa autem huius nouae & abusiuae significationis esse videtur, quod cum à principio conditae naturae dies inciperet à mane, (iuxta illud, Et factum est vesperare & mane dies vnus, hoc est cum vespera semel aduenisset, & deinde etiam aduenisset mane, tum completus fuit vnus dies) secundum legem autem constitutionem dies inciperet à vespera, principium tamen diei suum retinuerit semper nomen, ut sicut principium diei à mane incipientis dicebatur  $\text{לָאֵרֶבֶת}$ , ita & principium diei à vespera

## CONCORDIAE

vespera incipientis: & sicut illucescere dicebatur dies aliqua, quæ à mane sumpsit exordium, ita etiam illucescere diceretur cum inciperet ea, quæ à vespera exordiebatur. Perinde ac si quis diem naturalem, apud nos exordians à vespera, dicat diescere, cum vespertino tempore dies inciperet. Cum diescere propriè significet, lucem in nostro fieri hemispherio per exorientem solem. Hoc est ergo quod Mattheus dicit, in vespera & fine sabbathi, quæ principium fuit sequentis primæ dies hebdomadæ, conuenisse mulieres, quæ sabbatho iuxta legem siluerunt teste Luca, ad videndum sepulchrum. Cui consonat quod Marcus dicit: Cum transisset sabbathum Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. In vespera ergo, conueniunt ungerendi Christum, & videndi sepulchrum gratia, non tamen adierunt sepulchrum vnturæ Dominum, nisi matutino tempore, quando Luca teste, secum detulerunt quæ prius parauerant aromata. Hunc autem mulierem ad sepulchrum accessum, factum matutino tempore,

## RATIO.

pore, Mattheus simul comprehendit, cum ea mulierum congregatione, quæ facta est in vespera sabbathi, cum dicit: Venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Vnde subjicit mox ea, quæ matutino tempore contigerunt, cum, ut testantur alij Euangelistæ, sepulchrum mulieres adierunt. In cuius accessus tempore describendo, nihil est in alijs Euangelistis contrarietatis, quamuis Marcus dicat, orto iam sole venisse mulieres, alij verò valde diluculo, & cum iam adhuc tenebræ essent. Nam illud, Orto sole, non sic est accipiendum, ut significetur solem iam fuisse in orbe conspicuum. Sic enim sibypsi contrariaretur Marcus, qui etiam valde mane venisse eas scribit. Sed id tantum significatur secundum Augustinum & Euthymium, solem iam ortu suo mundum illuminare cæpisse. Cum enim, inquit Euthymius, valde mane est, & principium diluculi, tunc propriè sol oritur, etsi nondum nobis appareat, demoratus adhuc circa profundissimas extremasq; Oriētis partes, & paulatim exurgens, cuius testimonium est gallicium. Nam galli

pri-

primum inter omnia animantia sentientes illius calorem, repete clamant, eiusque praesentiam hominibus annuntiant. Haec ille. Aut dicendum profundo quidem diluculo, exiisse mulieres ad monumentum, aut solem iam oriri coepisse postquam eo peruenirent, eo quod forte tremore, cuius Matthaeus meminit, consternatae & paesatae alicubi delituerint, donec terrae motus remitteretur & cessaret. Iam alia multa, quae varietatem aliquam sonant in Euangelistarum narratione, quomodo verè nullam pariant dissonantiam, ipse Concordiae contextus satis aperte demonstrat, ex quo patet quae de mulieribus sepulchrum Christi aduentibus varie scripserunt Euangelistae, sic se habuisse. Cum mulieres (quarum unam tantum nominat Iohannes, nempe Magdalenam, propterea quod apparitionem Domini singulariter ei factam, & ab alijs praetermissam describere statuisset, Matthaeus verò duarum meminit, Marcus trium, Lucas autem etiam plurimum) summo mane sepulchrum adissent, viderunt lapidem, de quo erant sollicitae, sublatum à monumento,

ut

ut testantur Marcus & Iohannes, propriisque accedentes, atque in monumentum introeuntes, hoc est, in aliqua septa maceria, qua communitum locum tunc fuisse credibile est, in aliquo spatio ante petram, qua excisa locus factus erat sepulturae, viderunt angelum stola candida indutum, sedentem in dextris, ut scribit Marcus, quem eundem Matthaeus super reuolutum lapidem sedisse commemorat. Hic mulieribus Christum surrexisse nuntians, inuitat ad penetius ingrediendum, & videndum locum ubi positus erat Dominus, sicut concorditer narrat Matthaeus & Marcus. Cum ergo ab hoc angelo inuitatae essent ad ingressum, tamen ut Lucas scribit ingressae, & non inuenientes corpus Domini, atque ob id consternatae, viderunt secus se stantes duos angelos, eadem penè cum priori angelo suggerentes. Itaque secundum illorum iussionem aduenientes celeriter ad Apostolos, nuntiauerunt eis quae audierant & viderat, adhuc tamen credentes sublatum ab aliquo corpus Iesu, nec fidem angelorum verbis habentes. vnde Petro & Iohanni Magdalenae dixit: Tulerunt Domi-

Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Ex Apostolis ergo non solum Petrus, cuius solus meminit Lucas, sed etiam Iohannes, ipsomet teste, sepulchrū adeūtes, cū nō inuenissent corpus Iesu, crediderunt, sicut dixerūt mulieres, corpus sublatū. Hū autem recedentibus, Magdalena (que cum illis, aut post illos secundō sepulchrū adiit, alias etiam mulieres que primō eam comitabantur, iam secum comites habens, sed quæ recedentibus Apostolis etiam à sepulchro recesserunt post eos) sola apud sepulchrū perseuerans, post visionem duorum angelorū sedentium intra monumētum, meruit prima omnium videre Dominum, à moriuis resuscitatum, ut cum Iohanne etiam Marcus testatur. Hic iam Maria redeunte, & in via reperiente reliquas suas comites, occurrit illis Iesus, & ab eis est adoratus, ut Matthæus solus memorat. Domino autem iubente iam secundō, adierunt Apostolos asseuerantes ipsum resurrexisse, & à se visum, quibus tamen necdum fidem habuerunt Apostoli. Hac ratione optimè sibi constat historia resurrectionis

nis Domini, varietasque narrationis, dum inter se conferuntur, tantum declarat quædam à singulis prætermissa, quæ alij sunt persecuti.

## In caput. CXLVI.

**I**N hoc capite illud inter Lucæ & Marci narrationem discordiam sonare videtur, quod Lucas discipulos congregatos referat dixisset duobus illis, qui Emaus regressi nuntiauerunt Dominum se vidisse, verè illum surrexisse & apparuisse Simoni. Marcus verò illos duobus referentibus non credidisse commemorat. Sanè ob hanc apparentem dissonantiam, Olander existimat alios fuisse duos illos discipulos, de quibus Marcus, ab illis quorum meminit Lucas. Id cū non sit verisimile, dicendum cum Augustino, aliquos inter discipulos fuisse, qui necdum crediderunt, sicut patuit de Thoma.

## In caput. CXLVII.

**I**N hoc capite, cū ea narratione qua Lucas & Iohannes narrant, Dominum discipulis congregatis apparuisse, ipsa resurrectionis die, cōiunximus hæc Marci verba: Nouissimè autem, recumbentibus undecim discipulis, appa-

ruit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & c. nihil addubitantes, quoniam Marcus eandem, hic cum Luca & Iohanne describat apparitionem, & non eam, quae facta sit ultima die, qua Dominus fuit in terris, quaquam post longam disputationem D. Augustinus contrariam magis sequendam putet sententiam, sed motus argumentis, quae facile fuerit solvere. Primum enim, cum Marcus huc seruet in narrando ordinem, ut Christum dicat primo apparuisse Mariae Magdalene, ac postea duobus euntibus in villam. Nouissimè verò, aut deinde congregatis, & iam recumbentibus, quid aliud relinquitur intelligendum, quam eum locutum de ea apparitione, qua discipulis primo apparuit, quaeque mox secuta est, eam, quam praemijit apparitionem factam, duobus euntibus in villam? Quod praeterea etiam illud satis comprobatur, quod cum prius dixerit discipulos non credidisse, nec illis duobus qui Christi resurrectionem nuntiabant, nunc dicat Dominum exprobrasse, eorum incredulitatem & duritiam cordis. Id enim verisimile est, Domi-

num

num tunc fecisse, cum iam recenter incredulitatem suam demonstrassent, non autem ipsa ascensionis die, cum iam ex multa conuersatione omnes certo persuasi essent, Dominum verè surrexisse. Nec obstat huic sententiae dictio Nouissimè, quasi ob eam cogamur intelligere Marcum loqui de nouissima apparitione Domini. Nouissimè enim hic positum est pro tandem, cum graecè sit ὑστέρων, id est, deinde, siue postea. Rursum non obstat, quod Marcus iam dicat undecim fuisse congregatos, & recubuisse, cum Iohannes dicat, Thomam unum ex undecim defuisse. Undecim enim dicit congregatos fuisse, eo quod nunc eo numero Apostolorum staret ordo & chorus, qui pro maiori parte ibi tum erat collectus. Sic & Lucas, duos illos qui ex Emaus redierant, dicit reperisse congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant. Simili locutione etiam Paulus, 1. Corinth. 15. dicit Dominum postquam apparuisset Cephae, visum etiam undecim: ubi graeci codices legunt duodecim, atque eo modo magis putat legendum D. Augustinus, nondum ita ex-

## CONCORDIAE

plicans, ut dicat in maiore numero red-  
dendo, non haberi rationem alicuius  
minutæ particulæ, & numerum illum  
duodenarium, à Christo cōsecratum,  
etiam in undecim mansisse, præsertim  
mox in Iudæ locum sufficiens Mat-  
thia. Postremum nec illud quod sub-  
iungit Marcus, Et Dominus quidem  
Iesus, postquam locutus est eis, assum-  
ptus est in cælum, cogit nos intelligere  
ipsum prius locutum de apparitione,  
quæ in die ascensionis facta est. Nam  
ut etiam annotavit Augustinus, non  
dixit, Postquam hæc locutus est eis: sed  
absolutè, Postquam locutus est eis. Fre-  
quenter enim Euangelistæ ea coniun-  
gunt, quæ ex alijs constat non coniu-  
ctim gesta esse, sed quibusdam in me-  
dio gestis. Sic & quod Marcus subiicit,  
postquam dixisset Dominum expro-  
brasse discipulis incredulitatem: Et di-  
xit eis, Eûtes in mundum uniuersum,  
predicite Euāgelium omni creature,  
& cæt. alio reposuimus loco, nempe ubi  
Matthæus, similia de prædicatione &  
baptismo Apostolis dicta cōmemorat,  
in mote Galilææ. Et quod Lucas subi-  
cit, post descriptam primam illam Do-

mini

RATIO.

mini apparitionem, factam discipulis  
ipsa resurrectionis die: Et dixit ad eos,  
Hæc sunt uerba, quæ locutus sum ad  
uos, &c. quibus uerbis tandè promit-  
tit eis Spiritum sanctum, & prædicat  
eos testes fore suos: reposuimus ultimo  
Concordiæ capite, tanquam dicta sit  
ipsa ascensionis die, propterea quòd ea-  
dem, alijs licet uerbis, dicta Apostolis,  
illa die idem Lucas testetur Actuum  
primo, sicut & hic mox subiicit Christi  
ascensionem. In Actis enim postquam  
eadem illa Christum dixisse retulisset,  
Et cum hæc dixisset, inquit, uidentibus  
illis eleuatus est.

In caput. CXLVIII.  
& CXLIX.

POST apparitionem illam Domini  
secundam factam, post octo resur-  
rectionis dies, à solo descriptam Iohan-  
ne, mox subiicimus eam, quæ in mon-  
te facta est Galilææ, eò quòd Iohannes  
illam à se etiam solo descriptam, tertiā  
fuisse narret, quæ tertia non erit, si an-  
te eam facta est illa quam Matthæus  
describit. Hanc autem à Mattheo de-  
scriptam, crediderim esse illam, cuius  
meminit Paulus cum dicit Dominum

q. ad mar. <sup>B b 3</sup> <sup>plus</sup> <sup>facta</sup>  
p. 177 in Mattheo collocat. ad

## CONCOR. RATIO.

plusquam quingentis fratribus simul apparuisse, quanquam Matthæus tantum meminerit ipsorum undecim, atque hanc esse causam cur Dominus, & ante resurrectionē, & post eam se prædixerit in Galilæa videndum, nõ quòd in ea primùm Apostolis videndus esset, sed quòd in ea quamplurimis simul apparere vellet, ubi discipuli ipsius liberi à metu Iudeorum, per Apostolos collecti, conuenire simul auderent ad videndum ipsum. Et hæc quidem pro Concordiæ nostræ ratione sufficere existimauerim, aliorum tamen sententijs nihil præiudicans, qui efficaciores proferre possint rationes, & conuenientiore conciliandi

*Euangelistas modum.*

FINIS.



# EVANGELICA HISTORIA, QVINQVE PARTIBUS per compendium comprehendens, quæ de Christo sunt in quatuor Euangelijs, iuxta ordinem in Concordia Evangelica obseruatum.

PRIMA EVANGELICAE historiae pars, continens per compendium, quæ ad Christi infantiam & pueritiam pertinent.



Verbum, quod apud *Ca. concor.* Decum erat ab æterno, & ipsum deus existens, per quod omnia facta sunt, omnium item vita, sed hominum peculiariter lux, missio prius testificandi gratia Iohanne, in mundum tandem venit, carnemque assumpsit nobiscum conuersatus.



- 2 Quod ad hunc accidit modū . In diebus Herodis regis Iudææ, Zachariæ sacerdoti seni per angelum Gabriëlem, apud aram prædicitur, filium, qui Iohannes sic nuncupandus, ipsi ex vxore Elizabeth, sterili & anu, nasciturū, ipsumq; vique ad horum euentum, ob incredulitatem, mutum permanfurum.
- 3 Itaque cum post hæc verba, mox concepisset Elizabeth, sexto ab eius conceptu mense, idem Gabriël à Deo, ad Mariam virginem desponsatam Iosepho, missus Nazareth, prædicitur filium, qui Iesus sit appellādus, ex ipsa nasciturum, idq; illæsa eius virginitate, nimirum per Spiritu sancti superuentionem.
- 4 Ex quo nuntio, cum item conceptum cognatæ suæ Elizabethis virgo intellexisset, atque ob id illam mox salutandi causa inuiseret, ad eius præsentiam mater factusque spiritu afflantur, letitiæque signa edunt: vnde & virgo, ad magnificandum Deum, celebri commouetur carmine.
- 5 Post tres ergo deinceps menses, quibus apud anum virgo perseuerauit, peperit Elizabeth filium, cui cum octauo die alijs frustra renitentibus, nomen Iohannes impositum à parentibus esset, recepta Zacharias loquela, magnificè Dei beneficium humano generi recens præstitum, Prophetico spiritu cantauit.

Secuta

Secuta est suo tempore, hoc est sexto 6  
dein mense, Christi generatio, nobile habens ex Abraham, per David exordium, per tres tessaradecades: In quarum prima, regnum Abraham promissum expectabatur. In secunda, idem in Dauide coeprū floruit. In tertia idem collapsum, nouo modo per Christum expectabatur restaurandum.

Cæterum priusquam virgo Christum 7  
pareret, Ioseph eius maritus, cum animo fluctuaret, quod à se neutiq; cognita, grauidam aduerteret, angeli in somnis monitu confirmatus est, ne desponsatam sibi relinqueret vxorē, edoctus illā è Spiritu sancto concepisse.

Proinde cū Cæsarei occasione edicti, 8  
cū illa ascēdisset è Nazareth in Bethleem ciuitatē David, accidit vt tū ibidem virgo filiū pareret, quem pānis inuolutū, ac in præsepio positū, angeli monitu, pasto res primi inuiserūt, ac post hos magi ex Oriente nouę stellæ ortu exciti, Hierosolymis prius de natiuitatis loco, prophetis verbis instructi, ac deinde eiusdem stellæ ductu, ad eundem locum delati, ex quo post sacra munera puero oblata, ne ad vāstrum Herodem redirent, oraculo in somnis commonefacti, alia via redierūt ad sua.

Post hæc, demùm ipso purificationis 10  
puerperæ die, oblatu tanquam primo-

genitus in templo puer, primum à Simone iusto sene, post longam eius expectationem: deinde & ab Anna vidua, agnoscitur ac prædicatur.

11 Quibus peractis, Ioseph angeli impulsu, cū puero & matre fugiēs in Aegyptum, eundem Herodis iniuriæ subtrahit, quam noui regis metu impius ille, in Berhleēmiticos exercuit infātes. Quo extincto, rursus angeli monitu, in terram Israël regressus Ioseph, relicta metu Archelai Herodis filio Iudea, oraculo secessit in Nazareth Galilææ, vnde Nazaraei nomen puer accepit.

12 Qui iam duodennis factus, cum solēni paschæ die, parentibus pro consuetudine Hierosolymam petentibus iunctus & ipse eo ascendisset, ab ipsis desideratus post triduum in templo est repertus inter doctores, cum quibus reuersus Nazareth, subditus illis, profecit non tantum ætate, sed & sapiētia, ac gratia apud Deum, & homines.

*Secunda Evangelicæ historie pars, continens acta Christi, ab eius baptismo, vsque ad secundum pascha, hoc est acta vnius anni, & aliquot mensium.*

Ca. concor.

13 Cū autem iam virilem attigisset ætatem, Iohannes & Christus, tēpūsque esset prædicandi per ipsos Evangelij, anno quintodecimo imperij Tiberij

rij Cæsaris, procurante Pōtio Pilato Iudæam, prior Iohannes austeritate loci, vestitus, ac victus populo venerabilis, verbo ac baptismo ad poenitentiam homines inuitare cœpit, seuerè incessens, ac terrens, præsertim Pharisæos ac Saduceos, turbis misericordie opera, Publicanis iustitiæ tenorem, militibus iniuriæ abstinentiam, præscribens: se non, vt putabatur, Christum esse contestans, sed alium, qui post se venturus esset, fortior ac dignior.

Et ecce promissus Christus, mox inter alios, & ipse Iohannem adiit baptisimi gratia, quem ab eo, licet aliquādiu reluctante, suscipiens, paterna voce ac Spiritus sancti in columbæ specie descensu, declaratus est esse filius Dei, cūm eatenus putaretur esse filius Ioseph, iam tricesimū agens annum, per quem deinceps humanū genus reduceretur ad Deū, vt qui filius Dei existens, homo factus est, homines per se Dei filios redderet.

Paterno ac spiritus testimonio declaratus, quis esset Iesus, mox in desertum secessit, vbi post quadragenarium ieiunium, sine omni cibo peractum, tandem famis occasione, variè est à Sathana tentatus, scire percupido, num is esset, qui cœlesti voce denūtiatus erat, quo in omnibus superato, sancti angeli ministeriū ei debitum obtulerunt.

- 16 Successit his, Iohannis de ipso testimonium, qui & rogatibus misis ad se sacerdotibus, respondit se nequaquam eum, quem putabat esse: sed alium iam venisse, qui is esset se dignior ac prior, & postera die praesentem Iesum, digito demonstrans, denuntiavit ipsum esse, qui a se promissus erat, & ab omnibus expectabatur.
- 17 Ac rursum, altera die eundem discipulis suis demonstrando, agnum Dei praedicauit, qua occasione, quinque illum discipuli agnoscere ac sequi coeperunt, Andraea ipsi fratri Simoni, Philippo eundem Nathanaeli inveniunt.
- 18 Tertia dehinc die, discipulis videntibus, per matris sollicitationem, aquam in nuptijs conuertit in vinum, hoc suorum omnium miraculorum primo, Galilaeae vicum, cui Cana nomen erat, cohonestas, ac se tandem quis esset, post aliorum testimonia declarans.
- 19 Post haec seipsum magis manifestaturus, est Capharnaum, ubi aliquot diebus cum suis manserat, ob instans pascha Iudaeorum, ascendit Hierosolymam, ubi flagello de funiculis facto, est templo abegit vendentes, rogatusque signum venditae autoritatis, mystico sermone templum a Iudaeis solvendum, & a se post triduum excitandum, denuntiat: multumque eo loci patris miraculis, plerisque ad credendum in se pertrahit.

De quorum numero vnus Nicodemus, Pharisaus, princeps Iudaeorum, nocturno cum ipso colloquio, doceret regenerationis per aquam & spiritum mysticum, crucis item ac fidei vim.

Regenerationis necessitate denuntiata, Dominus qui ad hoc usque tempus in Galilaea commoratus fuerat, cum suis discipulis, in Iudaea morari incipiens, coepit & Baptizare, cum adhuc Iohannes Baptizaret. Qua occasione, cum discipuli Iohannis quaererentur apud ipsum, quod plures ad Iesum confluerent, Iohannes rursum illum, se longe superiorem non obscure testatus est, quem proinde necesse esset crescere, se autem minui.

Qui sub idem tempus, quasi suo defunctus officio, Christo suam auspicante legationem, ab Herode tetrarcha ob reprehensum adulterium, coniectus est in carcerem.

Huius captiuitatem, ac simul pharisaeorum contra se ob populi ad suum baptismum confluentem, inuidiam intelligens Dominus, relicta Iudaea suam repetijt Galilaeam. In quo itinere, cum necessario interiacentem Samariam pertransiret, occasione petita: a se fatigato aque, mulieri cuidem Samaritanae, post longam ultra citroque collocutionem, tandem innotescit, ac per eam multis Samaritanorum, apud quos duos dies rogatus mansit

fit, post quos cœptum profecurus iter, peruenit in Galilæam, ab incolis benignè receptus, ob miracula Hierosolymis conspècta.

24 Kursu ergo intuisens, vel in transitu Canam Galilæe, à se prius miraculo primo nobilitatam, reguli filium in Capharnaum ex febri periclitantem, à patre serio requisitus, absens verbo sanitati restituit, fuitque id secundum iam miraculum, ab ipso in Galilæa editum.

25 Cæterùm iam ingressus Galilæam, relictâ ob causam ciuitate Nazareth, in qua enutritus ad hoc vsque tempus habitauerat, Capharnaum nobile Galiliæ emporium, veluti commodam suæ prædicationis sedem, sibi pro mansione delegit, in qua & ex qua deinceps post Iohannem, palàm ac clarè aduentum regni Dei denuntiauit, ad pœnitentiam ac fidem prouocando, quam prædicationem cum per vniuersam Galilæam longè lateque spargeret, morborumque curationibus illustraret, per totam Syriam cœlebre factum est nomē eius, ita vt ad eū vndique cum ægris plerique confluerēt.

26 Cùm autem opus illi esset, perpetuis quibusdam suorum operum, ac doctrinæ testibus, ac coadiutoribus, mox à prædicationis exordio, cùm fortè iuxta mare esset Galilææ, è mari duo fratrum piscatorum paria, ad se sequendum euocat,

mira

miraculo capturæ piscium prius in sui admirationem raptos, qui & mox omnibus relictis, constantes iam illi adhæserunt. Erant autem Petrus & Andræas, fratres, Iacobus item & Iohannes, fratres, Zebedæi filij.

Cum his Capharnaum ingressus in 27 synagoga, sabbatho post doctrinam spiritum immundum pellit à dæmoniaco, multis ob hoc ipsius potestatem & doctrinam mirantibus.

Vnde egressus, & cum eisdem discipulis in domum Petri ingressus, febricitantem eius focerū suo imperio sanat. Quorum rerum fama increbrescente, ad vesperam eius diei, domus à multis languidis & dæmoniis, eo adductis obfessâ est, quos omnes manibus impositis curauit. Postridiè verò, summo mane egressus, Dominus solus desertum petijt, orandi causa, vbi primùm à Simone cum suis ipsum requirente, deinde & à turbis repertus est.

Iraque cùm se à turbarum multitudine, circumseptum videret, iussit discipulos transire, ibi tum quidam ipsum sequi volentes, reijciuntur. 29

Cùm autem dimisisis turbis, nauim ascendisset, ipso inter nauigandum obdormiente, grauis tempestas exorta, metū discipulis iniectis, à quibus excitatus, post increpatam illorum diffidentia, suo imperio 30

imperio

imperio trāquillum mare reddidit, cūm omnium qui aderant stupore.

31 Nauigium ergo delatum, in regionē Gerāfenorum, Galilææ oppositam, obuios duos dæmoniacos liberauit à dæmonibus, quibus ipſus permiſſu, in porcos ad duo milia ingreſſis, eoſque in mare demergentibus, à perplexis incolis rogatus vt diſcederet, rurfus eo vndè venerat transfretauit.

32 Egreſſus nauim, à turba confluente benignè excipitur, ac Capharnaum ruruſum ingreditur, vbi vna dierum in Domino exiſtens ac docens, paralyticum per tegulas, ob turbam, ad ſe demiſſum, poſt peccatorum remiſſionē, ſanat, Phariſæorum obmurmurationem confutans.

33 Poſt quæ ruruſum ad mare egreſſus, in via Matthæum ad telonium ſedentem, ad ſequelam ſui vocat, à quo deinde conuiuio cū plerisque publicanis exceptus, ſecutam ob id phariſæorum murmurationem ſapienter repreſſit, ſicut & eorūdem cūm diſcipulis Iohānis murmurationem aliam, mox ſubſequentem, ob neglectum à diſcipulis ipſius ieiunium.

34 Cui diſputationi cūm adhuc eſſet intentus, à principe quodā ſynagogæ Iairo, rogatur pro ſananda moribunda eius filia duodenni, ad quam dum pergit curandam Aemorrhoiſſam duodēnem in via ſanat, ac poſteā domum Iairi ingreſſus

ſus, eius filiam iā mortuā vitæ reddidit.

Vnde digreſſus, duobus cæcis ſe ſequē 35 tibus viſum reddidit, ac poſt eos mox dæmoniacum mutum curat, turbis quidem mirantibus, à phariſæis calumniantibus.

*Tertia pars, continens acta Chriſti, à ſecundo paſchate, vſque ad tertium, hoc eſt acta ſecundi anni, prædicationis eius.*

**P**oſt hæc, cūm ob paſcha Iudæorum, 36 Dominus ruruſum aſcendiſſet è Galilæa Hieroſolymam, apud probaticam piſcinam, ſabbatho eum, qui triginta & octo annos languerat curat, iuſſum à ſe tollere ſuum grabatum, vnde Iudæorū inſectationi obnoctius, prolixè diſſerit de ſua cūm patre operatione ac poteſtate, etiam mortuos ſuſcitandi, & iudicādi omnes, pro quorum confirmatione, teſtimonia profert patris, Iohannis, ſuorum operum, ac Moſis, omniumq; ſcripturarum.

Sic confutatis ſemel Iudæis, cūm dein 37 de phariſæi diſcipulos ob ſpicas ſabbatho decerptas, confricatas ac cometas calumniarētur, ruruſum eorum calumniam confutat.

Idem & tertio faciēs, cūm alio quo- 38 dam ſequenti ſabbatho, in ſynagoga curans, quendam habentem manum aridam, ſentiret phariſæos tacitè ſe criminari,

nari. Qua tamen satisfactio, cum nihilo meliores illi efficerentur, sed consulerent de perdendo ipso, Dominus secessit ad mare, multa tamen eum sequente turba, ex omnibus collecta regionibus, cuius ægros cunctos & dæmoniacos curauit.

39 Quo tempore cum turbis relictis, in montem orandi causa ascendisset, post noctem orando transactam, ex omnibus discipulis ad se vocatis duodecim elegit, quos & Apostolos nominauit, Cum quibus è monte descendens, corâ immensa hominum multitudine, insigni sermone summam Euangelicæ vitæ, ac perfectionis complexus est, primùm quidem docens, quibus in rebus verè cōtra hominum sententiam sitasit fœlicitas, ac infœlicitas hominum.

40 Deinde veterem legem perfectioribus mādatis adimplēs, per quorū obseruatiōnem Pharisæorum iustitia superāda sit.

41 Tum & eleēmosynam, orationem, ac ieiunium, aliter à nobis exhibenda quàm à Pharisæis docens.

42 Ab auaritia postea, ac solitudine rerum terrenarum auocans.

43 Adjiciens his, nec temerè iudicandum, nec temerè docendum, orationi instandum, à pseudoprophetis cauendū, suæq; huic doctrinæ firmiter inhaerendum.

44 Doctrinam, secuta leprosi mundatio, quem

quem mundatum ad sacerdotem misit.

Ingressus deinde Capharnaum, Centurionis ob rarâ fidem insigniter cōmendati seruum, absens paralyti liberauit.

Post quod, ad ciuitatem Naim profectus, vnigenitum viduæ filium sepultura proximum, ad vitam reuocat.

His autem miraculis ex discipulorum suorū narratione auditis, Iohānes è carcere ad Christū discipulos misit, p quos rogaret nū ipse esset expectatus Melsias. Quibus cū mandato ad Iohannē remissis, coepit Dñs & Iohānis prædicare dignitatē, & eorum exprobrare duritiā, qui nec per Iohannem, nec per se, ad resipiscentiam commoti fuissent, Pharisæos potissimum, ac scribas notans, eisq; apud Deum præferens, publicanos, atque apud seculum abiectos.

Quod ipsum, insigni aliquādo exēplo demonstratum est, cū rogatus à Simone Pharisæo, ad cōiuuiū Dñs, peccatrici ob singularem doloris & amoris significationem, multa peccata remissa, ac Pharisæo frigidè amanti, ac parum humili prælatam esse testatus est.

Cū aut post lōgū, per diuersa loca circuitū, sese aliquādo domū recepisset, cōfestim rursū à turba circumdatus, oblatū sibi dæmoniacū cæcū & mutū, ab omnibus simul liberat malis. Quod factum cū admirantibus turbis, rursū quidam phar-

pharisæorum, ac scribarum calumniarentur, tanquam æmulatorum, alij cæleste potius signum requirerent, Dominus primùm efficacibus ostendit rationibus, nequã illud debere videri diabolica factum virtute, sed potius contraria, diuina scilicet: atque ob id pharisæorum calumniam, tanquam in Spiritûsanctum commissam inexpiabilem, tum & negat illis dandum quale volebãt signum, è cælo, sed potius è terra, quod eos maxime fit condemnaturum.

50 Hac eius rationabili, ac planè diuina: disputatione audita, mulier quadam è turba fœlicem proclamat tanti magistri matrem. At Dominus fœlices prædicat auditores, & obseruatores verbi Dei. Quos eisdem mox matrem, ac fratres appellat, cùm à quodam interpellaretur, suggerente matris fratrumque aduentum, quærentium illi loqui.

51 Eodè die egressus domo rursus mare adiit, vbi congregata ad eum, turba plurima, iterum cœpit doceri, sed in varijs parabolis. Et imprimis parabolam proposuit feminantis, quadriformi seminis euentu, variam Verbi diuini in hominibus operationem indicans, quemadmodum Apostolis suis seorsum aperuit.

52 Tum, & subiunxit parabolam de zizanijs, semini bono permixtis, quæ vsque ad consummationem sæculi, paterfamili-

liàs crescere voluit, significans in regno Euangelico, malos semper bonis permixtos fore, quæadmodum irè Apostolis suis seorsum aperuit. Adiecit & tres parabolam, significantes modum ac vim incrementi Euangelicæ doctrinæ, parabolam scilicet de semine, quod in terram iactum sensim crescit, nocte & die: parabolam de grano sinapis, quod cùm minimum sit, crescit in arborem: parabolam de fermento, quod tribus farinæ factis commixtum, totum fermentat.

Quibus apud populum habitis, sed 53 domi seorsum, apud discipulos explicatis, adiecit apud eosdè, priuatim duas, infinitantes eiusdem Euangelicæ doctrinæ precium, de thesauro scilicet, & margarita inuentis, & omnium bonorum distractione emptis, tertiã addès de sagena, bonos simul & malos pisces concludente, significans rursus malorum ac bonorum in ecclesia permixtionem.

Post quas parabolam, egressus in patriam suam Nazareth, postquam in synagoga, die sabbathi obuium Isaia: locum, in se impletum exposuisset, ac deinde incredulitatis suos ciues condemnasset, ab eis ciuitate eiectus, subduxit se de medio eorum, cùm conarentur è montis supercilio præcipitare.

Circumiens deinceps omnes ciuitates, 55 ac vicos cùm Apostolis, & aliquot mulieribus

lieribus ei ministrantibus, misertus turbarum, quod pastoribus bonis destituta essent, mittit cum certis mandatis, ac praescriptis, duodecim Apostolos, primum à se electos, praedicens eis mala, quae ob Evangelicam praedicationem, eos manebant, ac contra ea ipsos confirmans. Quibus ablegatis, suoque officio fungentibus, per Evangelij praedicationem & morborum curationem, secutus est ipsos Dominus quoquo versum.

56 Cùm hac agerentur, Herodes tetrarcha, fama nominis Iesu ad se delata, dubitare coepit, num Iohannes à se decollatus, à morte revixisset. Paulò antè enim Herodes, die suo natalitio, Iohannem à se nuper incarceratum, ad petitionem saltantis filiae Herodiadis, in carcere decollari iussit, capite eius in disco puellæ tradito.

57 Itaque cùm intelligeret Dominus, quã de se suspitionem haberet Herodes, & simul quia ad ipsum reuersi erant Apostoli, peractis mandatis, invidiæ declinandæ ac simul quietis causa, cum suis secessit nauigio trans mare Galilææ, in desertum locum, vbi cùm item ad ipsum conflueret immensa hominum multitudo, post doctrinam ac morborum curationem, quinque milia virorum, quinque panibus ordeaceis, ac duobus piscibus pavit, duodecim cophinis fragmen-

torum